breuis eſt: Papi. Et qui tibi Pythie Ladon pene ſocer. neq; nos decipiat Ouidius in artibus. Ennius emeruit Calabris in montibus hortos Contiguos pene Scipio magne tibi nam corruptum carmen eſt & ita emandandum. Ennius emeruit Calabris in montibus ortus Contiguus poni Scipio magne tibi quippe Ennius ex oppido Calabriæ Rudijs fuit: vt Strabo teſtatur Auſonius i Monoſyllabis. vnde Rudinus ait diuum domus altiſonum Cæl. Eiuſdem ſtatuam in ſuo ſepulchro prior Aphricanus imponi iuſſit autor Plinius Parum inquit abfuit quin elementorum fœdera diſſoluerentur: & in antiquam diſcordiam redirent. ¶ Reluctatis. conuulſis quod a deponenti participium paſſiue veteres ſecutus: enunciauit. Lucilius a me auxiliatus es. Petronius Arbiter. animam noſt o amplexam in pectore Cicero pro Roſcio. quo vno maleficio ſcelera omnia viderentur complexa eſſe. Varro Tribunicio auxilio adminiculatus. Et maro. Nunc oblita mihi tot carmina. Sexcenta ſuppetunt exempla quæ prudens omitto. ¶ Penitus reuulſo carcere. diffracto profundo tartaro qui titanas cohercet nam carcer vndecumq; ꝓhibemur exire locum ſignificat: ab arcendo qđ Varronis teſtimonio ſcribit Ser. Eſt autem noxiorum proprie cuſtodia. quem nonnullis a cohercendo deduci placet. ¶ Pubes Titania ſcribit. Diodorus Ex Titea & Cælo natos eſſe filios ſeptemdecim: quemq; ſuo nomine ſed omnis in communi a matre Titea Titanas nuncupatos Hos iuppiter bello domitos apud inferos relegauit: quod eius parentes in vinculis coniecissent autor. Euhemerus. Muſæus & Corinthius Eumelus: qui Titanum prælia græce cecinit. ¶ Celeſte iubar. lucem Solemq;: qui fax & ocul⁹ celi prius appellabatur. Ouidius Metamorphoſeon libro primo. Per iubar hoc inquit radijs inſigne coruſcis Nate tibi iuro: quod nos auditq; videtq;. Iubar autem lucifer proprie dicitur: quod iubas lucis effundat a quo quicque fulgens ita nominatur. Pompeius autor: & Seruius. ¶ Aegæon etiam Briareus dictus eſt: vt ait Homerus. Cæli Terræque filius vt Heſiodo placet: qui cum Corinthius Eumelius in patre non conuenit non enim Cælo, ſed ponto prognatum refert & illic etiam ſedes habuiſſe: vnde contra deos cum Titanibus decertauerit: Huic Ion Chius aſtipulatur qui canit in dithyrambis Aegæonem a pelagi vadis Thetidis precibus euocatum ſuppetias. Ioui tuliſſe quem iuno Neptunnus & Apollo: deijcere de imperio cogitabant de quo

Ennius pōta

[illegible]

Carcer
Titanes

Iubar.

Briarius
Aegion.

Valerius flaccus poemati carmen inſeruit Conō in heraclea ſcri
bit Briareū cū Neptūno gradū contuliſſe:ſed ab ipſo deo ſupera
tum demerſūq; in ea maris parte:quod Aegæonis monumentū
cū Apollonio plerique vocant. Adiugatur & ſali numinibus ab
Ouidio:& quia ponto patre genitus eſt:& quia neptunni filiam
(quod idem tradit Heſiodus)Opyā duxit vxorem Chalcidenſes
rem diuinam Aegæoni faciebant:ſicut Briareo Cariſtij nam om
nis ferme Eubœa Titanum regnum fuit autor Solinus. Sed illud
admiratiōnē mihi peperit:q̄ quē dicit Homerus eūdem Bria=
reum Aegæonemq; nominatū Solin⁹:vt diuerſos accepit: preter
q̄ ſi hoc intelligi voluit:vni eidēq; Titani ſub diuerſo cognomine
ſacrificatum. ¶ Arcto. vincto. Poſitis nodis. fruſtra is vīculis &
Vexare. catenis. ¶ Vexaſſet Annæus Cornutus:id verbum leue paruiq;
incōmodi eſſe putabat Reprehenſo Vergilio q̄ de Scylla ſeuiſſi=
mo maris monſtro. Dulichias vexaſſe rates ait. Sed ingentis cala
mitatis vſum notare:Gellius:& Macrobius exemplis & rationi=
bus non paucis affirmant. quod vtroq; priores Aſconius Pedia
nus:& Probus attigerant. ¶ Obuia infeſta. Centeno motu nam
centiceps fuit ac totidē mmanus habuit:vt Heſiodus cecinit. &
Parce que. Vergilius. Et centum gemini ſtrictos Aegæonis enſes. Sed par=
cæ vetuere minas. Erat inquit Orcus in procinctu:ſed fata:quoꝝ
intererat res ſaluas eſſe:interceſſerunt:quominus exercitus educe
retur. ¶ Parcæ. tres ſunt quas noctis & Erebi filias fingit Heſio
dus:propter obſcuritatem ignorationem que cauſarum. Ponti
Lycophron in caſſandra:q̄ inexorabiles eſſe credantur. qua ratio
ne. Cyclopem. Legiſtrigonem cęteroſq; immani crudelitate ſęuos
Neptunni liberos appellamus. Eaſdem ſuperum ſcribas eſſe Ca=
pella tradit:quæ Iouis ſententias & cæleſtis Senatus excipientes
in acta referant. Nomen:quia nemini parcant:a contrario ſenſu
datum cum Seruio grammatico plures autumant. Varro tamen
a partu qui quoniam nono decimoq; mēſe tempeſtiuus eſt & ma
turus vetuſtas parcas Nonam Decimamq; nominauit. Adijcit
& vindex Ceſellius ex Liuio poeta mœram (Sic enim lego non
vt ſcriptum eſt apud Gellium morta (Neque certū quod vindex
exiſtimat:ſed omnium commune nomen eſt. Nam Mœra fati p̄
ſtitem deam græce ſignificat. ¶ Vetuere minas fregerunt impe
tus. ¶ Orbiq; timentes. vt rerum ſummæ conſuleret. nam Timeo
metuo:formido:& id genus alia verba datiuo coniuncta: beniuo

lū declarent animum: non infenſum quippe timemus hoſtes: metuimus amicis ℂSolium Sedile quod ex integro ligno conſtabat illic olim reges ob corporis ſui tutelam priuſq̄ ſtipatores adhibere mos eſſet ſinguli tautum ſedebant. id vt Verrio placet dictum quaſi ſolidum: vel i mutatis ſyllabis a ſede: quod Feſtus & Caper grammaticus magis probant. ℂDulcis. Plutonis & eleganter in expeditionis apparatu: caſtrenſi verbo vſus ē: quod ſuperius etiam fecit. ℂSeueram. triſtem quippe quas indeprecabiles poetæ fingunt: & apud inferos vbi mœſta ſunt omnia: & inamena. Martialis. Lanificas nulli res exorare puellas Contigit obſeruant: quem ſtatuere diem. Quin & inferni fluuium ſeuerū per epitheton Verg. appellauit aut intellige venerādam Oui. Magna fuit quondam capitis reuerētia cani quod a lacedemoniis acceptū: antiqui Romani tenuerunt apud quos: neq₃ generi neq₃ pecunie præſtantior honos tribui: q̄ ætati ſolitus Maioreſq₃ natu a minoribus colebantur: ad deum prope & parentum vicem. Autor Valerius priſcorum exemplorum lib. ij. Plutarchus in Dicteriis: Iuuenalis & Gellius.

Seuerum

Senectuti tributus honos.

Genua miſericordie conſecrata.

Parcarū ius

Admouere manus: quarum ſub iure tenentur.
Omnia: quæ ſeriem fatorum pollice ducunt.
Longaq₃ feratis euoluunt Secula penſis.
Prima fero Lacheſis clamabat talia Regi.
Incultas diſperſa comas. O maxime noctis.
Arbiter: vmbrarumq₃ potens. cui noſtra laborant.
Stamina. qui finem cunctis & ſemina præbes.

ℂAdmouere manus genibus. iis ineſſe putabant quādam religionē. ob id a ſupplicibus attingebātur: ab hæc manus tēdebāt hæc vt aras adorabant: vt tradit Plini⁹ Eadem miſericordiæ ſedem vetuſtas credidit vt Ser. refert. ℂCum ſupplice fletu. cum lachrymis & obteſtatiōe. ℂQuarum parcarꝫ ſeu manuū: qd᷑ placet. ℂSub iure. arbitrior in quarꝫ poteſtate ſunt oīa Nobis. n. naſcētibus parcæ: bona aut mala cōferunt: vt canit Heſiodus. ℂDucunt pollicē digitis ſubacta trahunt quod ne reuocāt Eſt &

Ducere ferrum. quandoq; ducere ferꝝ: ꝓcudere: hoc eſt in longū cedendo porrigere. inde Ductor ferreꝰ i carmine obſcœno Vulcanus q faber
Ductor ferreus. eſt: & ferrū ducit. i. extēdit: & ęs ductile: qđ malleis obſequitur tenuaturq; in laminas: apud Pliniū. ¶ Seriē fatoꝝ. Naturalem quēdam ordinē omnium reꝝ: ex æterno: aliis ad alia cōſequentibus: & incōmutabili manente huiuſcemodi cōplicatione: qđ
Factū quid. fatum philoſophi dicunt. id ita Chryſippus diffinit. Fatum ē ſēpiterna quædā: & īdeclinabilis ſeries reꝝ: & catena voluens ſe metipſa ſeſe: & īplicās p æternos cōſequentiæ ordines: ex qbus apta cōnexaq; eſt. Series autem eſt cōtinuata ꝓgreſſio: ſine iter-
Series. miſſione Quintilianus. orationis ſeriem vocat & Statius hiſtoriæ. Longa retro ſeries trepidum ſi martis opti Agricolam infā dis condentem prælia ſulcis expediam. ¶ Euoluunt. in fila dedu cunt & geſtū nentis expreſſit. Cui. Tunc que diſpenſat mortalia fata ſorores debuerant fuſos euoluiſſe ſuos. Eſt autem ſinus allegorię. nam remoto verborū ambitu. dicit in fatis eſſe oīa. ¶ Secula lōga Seculū ſpaciū eſt vitę humanę lōgiſſimū: morte & vita
Seculū qđ. definitū. Quare q annos triginta ſeculū putauerūt. multū videntur erraſſe: hoc. n. tēpus Genean appellari: autor eſt Heracletꝰ. Epi
Genea. genes cētū duodecim annis longiſſimā vitā cōſtituit. ſex annos
Vite humane ſpacium. Beroſus ab ea ſūma detraxit. Alij ad cētū viginti annos ꝓduci poſſe: alij etiā vltra ꝓcrediderūt. Liuius dūtaxat ad cēteſimū: quo to ludi ſeculares anno celebrarētur vt legimus apud Cenſorinū. ¶ Penſis. Lanæ manipulis q pendentes ex colo fuſo trahuntur. ¶ Ferratis hoc. ait ob ęternitatē fatorū nā pcę vitę neciſq; cūctorū pſtites eſſe fingūtur & eā nēdo ꝓducere. inde lanificę ſorores appellātur. Martial. Si mihi lanificę ducūt nō pulla ſorores Stāīna. nec ſurdos vox habet iſta deos Seneca. Nō ſollicite poſſūt cu-
Parce cum tres. rę mutare rati ſtamina fuſi. ¶ Prima lacheſis. Apuleius tres inqt parcę] tria fata ſūt numero cū ratione tēporis facietia ſi poteſtatē earū ad eiuſdē ſimilitudinē tēporis referas. nā qđ i fuſo perfectū eſt: pręteriti tēporis habet ſpeciē: & qđ torquetur indigitis momēti pręſētis indicat ſpacia: & qđ nōdū ex colo tractū eſt: ſubactūq; cura digitoꝝ: id futuri & conſequentis ſeculi poſteriora videtur oſtēdere. Hęc illis cōditio ex nominū ꝓprietate cōtigit. vt Atro-
Atropos. Lacheſis. Chlotho. pos pręteriti tēporis fatū: quod ne deus quidem redderet infectū & futuri tēporis Lacheſis a fine cognominata: qđ eſſet iis quę futura ſunt: finē ſuum deus dederit. Clotho pręſentis tēporis habet

cur͡ã:vt ipſius adiectionib⁹ ſuadeat ne cã ſolers rebus oibus deſit.
Lacheſin vero dictã chryſippus autumat.αφοτου λαγχανειν qđ
eſt ſortiri:qppe ipſa net ac filũ ducit.Clotho ꝙ fuſũ torquendo
ſup eo filũ trahit:atqꝫ colligit:nã gręci torquere κλωθειν dicunt.
Atropon incõmutabilẽ:ꝙ indepcabilis ſit & flecti nõ põt.qnin fi
lũ trũcet:ac humanã finiat vitã.Siqdẽ gręcis ατρεπτοσ imutabi
lis appellatur. ¶Clamabat.alta & clara voce dicebat & more cõ=
cionãtis expreſſit. ¶Fero regi.Plutoni q ſeuus & trux eſt vt ait
Iuuena. ¶Incultas diſpſa comas.incõptis & paſſis crinibus:vt ha
bitu meſericordiã moueret. ¶Noctis.Tartari quippe nox erebo
patre nata eſt vt ſcribit Varro.& eſſe perpetua creditur apđ infe=
ros. ¶Arbiter.potẽs ac rector.nã ſum⁹ arbiter vt iuris ciuilis au=
tor Proculus ſcribit:is eſt aquo ꝓuocare nõ licet:Sꝫ ęquo iniquo
ne eius dicto ſtãdũ ẽ. ¶ Vmbraꝝ potẽs.Diſpater inferias & pa=
rẽtatiões primus introduxit:vnde vita fũctis imperare credit⁹ eſt
autor Diodorus.inde Sumanus quaſi ſũmus maniũ dicebatur:vt
tradit Capella.& elegãter vmbrarũ nã neqꝫ animas neqꝫ corpora
ſed tãtũ vmbras & ianes quaſdã ſpecies:ad inferos manare Ploti
n⁹ diſputat:& eo prior Ennius cecinit vt eſt apud Lucretiũ:Hinc
Albius Tibullus in panegyrico vidit vt inferno Plutonis Subdi=
ta regno Magna deũ ſoboles leu bus diſcurreret vmbris. Sic.n.
lego nõ vndis.vt apđ eũ dictabim⁹. ¶Cui.in cuius gr͡aꝫ. ¶La=
borãt opus faciũt. ¶Noſtra ſtamina p͡tat in ea quã dixim⁹ opi=
niõe de colo pcarũ ¶Qui finẽ cũctis.& ſemina p̃bes:hoc a Pa=
pinio ſumpſit Claudianus:apud quem vates Amphiaraus ad Plu
tonem ſic ait.O cunctis finitor maxime rerum ad mihi qui quon=
dam cauſas elementaqꝫ norã & ſator.Omniũ vero pernicies Or
cus eſt:Quia tendimus huc omnes hęc eſt domus vltima cunctis
vt eſt apud Oui.Creator autem quoniam terram conſecrat Pluto
ni conſtat vnde cuncta gignuntur vt antea dictum eſt. ¶Semina
lucis originem.

Nox erebi fi lia.

Arbiter.

Orcus fini tor: & creator omnium.

Naſcendiqꝫ vices alterna morte rependis.

Qui vitam lætumqꝫ regis. Nam quicquid vbiqꝫ

Gignit materies: hoc te donante creatur:

Debeturq; tibi cunctis ambagibus ęui.
Rurſus corporeos anim ę mutantur in artus.
Ne pete firmatas pacis diſſoluere leges
Quas dedimus neuitq; colus: neu prælia fratrum
Ciuili conuerte tuba. cur impia tollis
Signa? quid inceſtis aperis Titanibus auras?
Poſce iouem dabitur coniunx. Vix ille pepercit
Erubuitq; preces: animuſq; relanguit atrox
Quanuis indocilis flecti. Ceu turbine rauco
Quem grauis armatur boreas. glacieq; niuali
Hiſpidus & gelida concretus grandine pennas
Flare cupit: pelagus: ſyluas: campoſq; ſonoro
Flamine rapturus. Si forte aduerſus ahenos.

Letum vnde
Mors quid
Materies.
Hyle.

¶ Naſcendiq; vices alt. mor. rep. Qui das vt alternis omnia viuant & extinguantur. ¶ Lætum mortem per antiphraſim: vel a lyo quod eſt diſſoluo. Nam corporis & animæ ſolutio mors eſt: vt Epicurus diffinit. Gignit creat & in lucem ꝓfert. ¶ Materies Hyle græce ſylua dicitur: & fex elementorum. ſ. aer ignis: humor & terra ſordidior: eandem noſtri: imitatione grecoꝝ materiam vocant a parte totum nam Materies cōe lignorum nomē eſt quæcunq; ſyluæ ferunt ab hac autem ſunt omnia. Lucretius elementa materiem dicit. Quæ nos materiem & genitalia corpora rebus: Reddunda in ratione vocare & ſemina rerum appellare ſuemus: & hæc eadem vſurpare corpora prima. ꝙ ab iis ſunt omnia primis Superiora tradit eſſet ſeruius. ¶ Creatur hic & in carminibus ſaliaribus Plutonem crus manum quaſi creatorem bonum veteres indigitabant. ¶ Ambagibus. conuerſionibus & curriculis. ¶ Rurſus corporeos animæ mutātur in artus. Legitur & mittuntur quod Placet. Heraclitus. n. opinatus eſt & diſſeruit e ſūmis

ad'ima at q̄ꝫ eximis ad ſumma animā iter agere:quoniam labo=ris(vt inquit) imodici videri debet: in eiſdem perpetuo ſedibus: ēt ſupernis atqꝫ cæleſtibus immorari: inqꝫ deū cōtubernio ſemper alieni iuris eē. Iccirco partim quieſcēdi cupidine partim domi=nādi ſpe ſublatas: ad inferiora deferri. Credebat Empedocles ad hanc animas vitā deijci vt prioris vitæ peccata luāt. Idē fere Py thagoras exiſtimauit Plato q̄ Chaldeorū Aegyptiorū philoſophi am græcis intulit & ſuos omniū prope ſentētijs libros referſit ſa tis id cōſtitutū nō habet: Nā modo in poenā ablegari huc ani=mas autumat: qn̄qꝫ vt vniuerſū hoc quod cælum vocāt:ſuis vn=diqꝫ numeris abſolutū conſtet: interdū ſpōte: nunq̄ inuitas: ali=quādo vi coactas: nunc vltro quoad emitti velint HincAeneid. vi. Verg. Rurſus & incipient in corpora velle reuerti. ¶Pacis le ges fœdera. ¶Neuitqꝫ colus. alluſit ad parcarū ſtamina de qui=bus ante eſt dictum Colus in lanificijs inſtrumentum mulierculis & vulgo notum: cuius paternum caſum per. i. Vergilius enuncia uit:ſecundum quartam declinationem Papinius: extrema iam fila colu datus ordo ſenectæ: Itē Nigræqꝫ ſororum intrauere co lus. ¶Neu prælia fratrū ciuili cōuerte tuba ne cōmittas vt fratres inter ſe bellum gerant: quod pluſq̄ ciuile Lucanus appellauit. ¶Tuba. hoc ex ſua perſona poeta dixit nam longe poſt tubā Ty rhenus Piſeus inuenit: vt tradit Plinius ad eius cantū vt hodieqꝫ priſci ēt. pugnas indipiſcebant: p̄ter Lacedemonios qui tibijs vte bantur vt eſt apud Thucydidem Tollis ſigna ex īſtituto Romane militiæ hoc traxit: & Verg. Aeneid. octauum ſic auſpicatur vt bel li ſignum Laurenti Turnus ab arce extulit: ¶Impia q̄ a contra fratrem. ¶Aperis auras lucis & cæli copiam facis. ¶Inceſtis im pijs & ſacrilegis: quod nomen a græcis defluxit: autore Pōpeio nam facinus illi vocant Anceſton: Alijs cum Lutatio: a ceſto cinguli genere deduci placet quo Venus ad honeſtas nuptias vti fingitur: ſed huic loco non conuenit. Sunt & qui ſcribant: abla=tas: & cum verbo auras coniungunt. ¶Vix fere non Aegre: vt irati ſolent. quorum aures conſilijs p̄cluſæ ſunt: vt inquit. Sene ca. Erubuitqꝫ p̄ces Verg. Aenid. ij. Iura fidemqꝫ ſupplicis eru=buit: ideſt reueritus eſt motus eſt inquit Pluto: parcarum a q̄bus rogabatur autoritate. ¶Atrox Sæuus ac minax animus. huius nominis prior ſyllaba: hudæ mutæqꝫ coitu indiferens redditur. Ver. Vrit Atrox Iuno. Iuuena. Promittunt atrocem animum

Palingeneſis.

Colus

Tuba in prelijs.

Atrox. ¶ Relanguit aliquantiſper ſedatus eſt. ¶ In docilis flecti rigidus & inexorabilis. ¶ Ceu quemadmodum: & eſt honeſta ſimilitudo Boreas. is ab Aeſtiua & Solſtitiali orientis meta ſpirat: vt ſcribit Gellius. eundem Homerus: qa ſerenitatem inducit αἰθρηγενέτην .i. ſudificum vocat. Fuit & Strymonis filius Boreas Orithię raptor: vt Iſagoras in megaricis tradit: ſed poetæ rem ab homine ad ventum transferunt. Hermias vero platonicus Erechthei filiam Orithyiam: Aquilonis impetu ex alto deiectam periiſſe credit: & inde factum: vt hominum ſermone a vento rapta dicatur ¶ Turbine. Turbo venti vis eſt in ſe contorta: cum ingenti fragore obiecta quæq; deturbans: vt Seneca tradit: & Plinius ¶ Rauco grauiſono. ¶ Glacie niuali grandinis definita: que cõcreta nix eſt. ¶ Grãdine gelida Scribitur & getica a thraciæ populis: quos alibi memorabimus. ¶ Concretus pẽnas Aſtrictus poetica ſinecdoche venti ſane volucres effinguntur. Ouid. Madidis notus euoluat alis. ¶ Syluas: arbores. ¶ Campos nunc ſegetes: continens pro contento. ¶ Sonoro flamine quia violenti flatus eſt: & ſonori. vnde Boreas ἀπὸ τοῦ βοῆς appellatur. autor Nonius ex Homero. ¶ Aduerſus. intercedens & obſtans aquiloni .vel per hypallagen aduerſos & obiectos poſtes intellige.

Boreas.

Orithyie raptus.

Aeolus obiecit poſtes: vaneſcit inanis
Impetus: & fractæ redeunt in clauſtra procellæ.
Tum Maia genitum: qui feruida dicta reportet
Imperat acciri. Cyllenius aſtitit ales
Somniferam quatiens virgam: tectuſq; galero.
Ipſe rudi ſolio fultus: nigraq; verendus
Maieſtate ſedet. ſqualent immania fœdo
Sceptra ſitu. ſublime caput mœſtiſſima nubes

Aeolus ventorũ rex. ¶ Aeolus. Hellenis filius vt ait Direchidas ab hoc alter hippotes fuit: vt Homerus: & eum ſecutus Dionyſius apher canit: benignus in hoſpites & perhumanus Is liparen & Aeolias ab eo no=

minatas inſulas: in ora ſciliẽ tenuit & in iis ſtrongylen ex cuius
fumo:qui nam flatus futuri eſſent in triduo prędicebat vnde vẽ-
torum Rex exiſtimatus eſt.Hæc ex Polybio:Strabone:Plinio ac
cepim⁹:& Solino Non ſatis vero mirari queo:qd eſt quod.Do-
mitius miretur:Ouidium canachem introduxiſſe conquerentem
q' p patris crudelitatem:ſibi nõ licuiſſet nubere Machareo fratri:
&(vt ipſe putat)ab homero diſcedere qui ſex filios & totidẽ puel-
las Aeolum ſuſtuliſſe tradit:& ſingulis ſingulas matrimonio cõ-
iunxiſſe.Habet alios autores Naſo quos ſi vnq̃ Domit. adiſſet:
non commiſiſſet vt leuis(ne dicam petulans)in ſugillando tãto
poeta:deprehenderetur.Soſtratus rerum tuſcanicarum lib.ij:re-
fert Aeolum tuſcorum regem:ex Amphiathea filias ſex:mares to
tidem ſuccepiſſe.quorꝫ Machareus omniũ natu minimus impa-
tiens amoris:ſororẽ cõpreſſit.ex eo cõceptus infans rem ꝑdidit: Aeolus tuſcorum rex.
pater filię miſit enſem.quo puella mortẽ ſibi cõſciuit.idẽ paulo-
poſt exemplum Machareus ſecutus eſt hiſtoriam recitat.& Plut. Machareus
Hoc argumentũ ſcribendę epiſtolę dedit Ouidio:qui perſonę quã Canache.
ſuſtinet:& iuris ſui non oblitus.ſimilitudine nominis abuſus eſt:
& quod Tyrrhenorũ regis Aeoli fuit:ad Aeolum lipare contulit Defenſus a
vt alia non parũ multa poetę ſalent.nam liberos:hercules: Mer- calunuia.
curios:Veneres & deniq; ſcyllas:ad ſingulas tantũ redegi nõ ig-
noram⁹.¶ Poſtes quę poſt oſtiũ ſũt:& inde dictę.Ver.Belli ferra
tos rupit ſaturnia poſtes.¶ Ahenos.ferreos.ęs n.ꝑ ferro plerũq;
ponitur:q' eius vſus antiquior q̃ ferri fuit.Aere laborabant non-
dum noſcentia ferrum. Secula. Quin & amaturas & tela ex Aeris vſus
ære vetuſtas habuit:vt eſt apud Homerum quę Combe puel- antiquior q̃
la in Eubœa primum inuenit:vnde cognominata Chalcis eſt. ferri.
Eandem numeroſę prolis exemplum non nulli ex gręcis addu- Combe puella.
cunt:nã ſenties peperit vt ariſtus ſalaminus ĩ litterarum monumẽ Ouidi loc⁹.
ta retulit & Zenolectionem deprauantes. Iãben pro combe ſub-
ſtituerunt.¶ Vaneſcit.comprimitur & caſſus redditur.¶ Impet⁹
vis ac furor.¶ Facte repulſę.vel ingentis ſpiritus & Sonoræ.Ma
ro.Fractaſq; ad littora voces.placet prior expoſitio.¶ Redeunt
retruduntur.¶ In clauſtra:Verg. de ventis.circum Clauſtra fre-
munt ¶ Procellę violenti nunc ſpiritus.Sunt autem procellę re- Procellę
pentini quidam flatus qui rupta & in pronũ ſoluta nube gignun- Mercurius
tur: & ſuperne demiſſi in terrã cadũt vehemẽter acreſcq;:qd ſcribit Iouis &
Plinius.& ante eũ Seneca in quęſt.¶ Impat acciri.iubet acciſi. Maia dea Maieſta.

Maie ¶Maia genitũ Mercurium Iouis & Maiæ filium q̃ pleio nes &
Atlantis filia fuit: vt apud græcos Aratus: Verg. ac Hi gynus
Maia dea e noſtris refert huic & in vrbe mercatores: mẽſe q ab ea Maius
Maieſta. eſt: olim rẽ diuinam faciebant Cincius Maiã vulcani vxorem di
xit. Sed eam Maieſtã vocari non Maiã Piſo contendit. eandẽ
cui menſe maio ſacrificabant: terram Labeo Cornelius eſſe vult
hoc adeptam nomen a magnitudine. q̃ mercurij mater exiſtima
tur: qa vox naſcẽdi homini terræ cõtactu datur & vocis & ſermo
Cyllenius vnde nis potens mercurius eſt. ¶Qui reportet referat Ioui. ¶Ferui
da dicta. iracunda. ¶Cyllenius Mercurius ab Arcadiæ mõte.
Cyllene: q quom nondũ nomen hẽret: a Cyllene nympha voca
tus eſt vt tradit Stephanus: q̃ illic Mercurium vt fabulæ ferunt
educauit: Sed eam Coruilius ex Ioue Mercurium peperiſſe ſcribit
Alij dictum volũt (vt eſt apud Pompeiũ) ꝙ ſermo ſine *manibus*
omnia tranſigat qbus corporis partibus q carent κυλλοι in .i.
mutili nominantur Iccirco quadratus effingebatur: eminẽti tm̃
capite reliquo corpore non expreſſo: ſed rudi Iuuena Nil niſi ce-
cropides trũcoq; ſimilimus hermæ. ¶Aſtitit. p̃ſto fuit & alluſit
ad eius ſideris velocitatem. ¶Ales volucer. autor obſcæni car-
minis *Sub* tunica virgam nũ deus ales habet: item Statius & de
Caduceus. menalia volucer tegeaticus vmbra. ¶Quatiẽs criſpans & vibrãs
¶Virgam caduceum: quem cõnexis vtrinq; ſerpentibus figura-
bant ꝙ orõnis is deus exiſtimatur cuius vis ĩmaniſſimos quoſq;
conſiliat vt refert ẽt macrobius Iccirco ab exteris gentibus ĩ pacis
argumentum p̃tendebatur autor Pli. Quin & pacem petentes
legati caduceatores dicũtur: Cato caduceatori nemo homo nocet
Caduceator eoſdem varro verbenarios a verbenis: hoc eſt a ſagminibus quæ
geſtabant apellauit. ¶Somniferam q̃ ſopor inducitur: vt eſt
Verbenarius apud Vergilium. ¶Tectus galero pileo Verg. fuluoſq; lupi de pel
le galeros. & papinius de Mercurio. obnubitq; comas: & tempe-
rat aſtra galero. ¶Ipſe. pluto ſed emphaſim pronomen habet.
¶Solio. ſedili de quo ante eſt dictum. ¶Rudi. inculto nec artifi-
cis manu polito. ¶Fultus ſubnixus ¶Verendus ſæuerus: & ad
terrorem vultu compoſito. ¶Maieſtate. regali quadam autorita
te. que maieſtas a magnitudine dicitur: vt placet Pompeio ¶Ni
gra. nam Dis ater effingitur. Ouidius. Et pulſata nigri regia cœ-
ca dei q̃ rõne furuas huic deo pecudes ĩmolabãt Tibullus. Interea
nigras pecudes ꝓmittite diti Squallẽt. obſita iacẽt. ¶Fœdoſſi-

tu turpi illuuie nã ſit⁹ diutio hũoꝝ collecta ſordes ẽ ¶ Sceptra ſce
ptrũ ꝓpriũ Iouis ẽ & regũ: q Iouis pſonã repſentãt: vt canit in
hymnis Callimach⁹ græci σκηπτρον vocãt: vt ẽ apd̃ Homeꝝ.
¶ Immania. magnæ molis & vaſta Claud. li. ij. Trabali ſaxa
ferit ſcripto. ¶ Sublime caput: altitudo ſugeſti: & ꝓceritas ditis
exprimitur. ¶ Mœſtiſſima nubes. ab affectu Cõtriſtat. n. nõ mõ
cælum ſed & animos etiam noſtros vt contra ſol: qđ ait Plinius:
cæli triſticiam diſcutit: ac etiam nubila humani animi ſerenat.

Plutoniger

Situs:
Sceptrum

Aſperat: & dire riget inclementia formę:
Terrorem dolor augebat. tunc talia celſo
Ore tonat (tremefacta ſilent dicente Tyranno
Atria latratum triplicem compeſcuit ingens
Ianitor. & preſſo lachrymarum fonte reſedit
Coccytus: tacitis Acheron obmutuit vndis
Et phlegethontæ requierunt murmura ripe)
At lantis tegeæe nepos commune profundis
Et ſuperis numen: qui ius per limen vtrunq;
Solus habes: geminoq; facis commertia mundo
Iceler: & proſcinde notos: & iuſſa ſuperbo
Redde ioui. tantum ne tibi ſęuiſſime fratrum
In me iuris habes? ſi nobis noxia vires

¶ Aſperat. reddit atrociorem. Papinius in Achilleide. facinuſq;
relatum aſperat Iliacũ. ¶ Riget inclementia formæ. Plutonis in
quit ſæuicia colligitur ex aſpectu. quippe rigidus eſt qui de ſum
mo iure nihil remittit. ¶ Inclementia. crudelitas. Verg. Inclemẽ
tia diuum Has euertit opes Dolor. ira. q̃ neceſſe eſt vt dolor añce
dat nec vllũ ẽ aïal: tã horrẽdũ tã pnitioſũ natura: vt nõ appareat i
illo ſi ira iuaſit: noue feritatis acceſſio a cõtrario declamauit Pa
pini⁹ in Achilleide. O quãtũ gaudia formę adijciũt. ¶ Celſo ore.

Iraſcẽtium
vultus

clară voce:qđ irato max'e conuenit:vt ē apud Gelliū:vel ex alto loco. ℂ Tonat imaniter clamat & hoc interiratū ſigna Plutarchus rettulit. ℂ Tremefacta ſilent dicēte tyrāno atria. Papinius de Plutone lib.theb.viij. Dixerat atqȝ illi iādudū regia triſtis attremit Oranti.ſuaqȝ & quæ deſuper vrget Nutabat tellus.non fortius æthera vultu.Torquet.& aſtriferos inclinat Iuppiter axes

Tyrannus.

ℂ Dicente Tyrāno.Loquente Plutone. Tyrānus incubatori imperij nunc tantum dicitur:qui non iure neqȝ legibus.ſed vi & animi quadā libidine dominatur.Sed & iuſtum quoqȝ regem Tyrannum priſci vocabant.Vergi.Pars mihi pacis erit:dextram tetigiſſe Tyrāni Ingens ianitor.Cerberus Geryone filius & viperæ frater hydræ ac Orthi Canis Geryonis vt eſt apud Heſiodū qui pro foribus orci cuſtos excubat.Tibul.tunc niger in porta ſerpentum

Cerberus.

Cerberus ore Stridet:& æratas excubat ante fores. ℂ Triplicem latratum nā triplex caput habere dicitur: & canū vox proprie latratus eſt. ℂ Ingens enormi corpore.Ianitor.q veſtibulū ſeruat.

Coccitus.

ℂ Cōpeſcuit preſſit ℂ Coccytus.inferni palus a ſtyge manat vt canit.Homerus in odyſſea.alij fluuiū voluentē lachrimas aiunt nā mœror ſtyx eſt inde Coccytus ideſt gemitus deriuatur in cuius ripis luctiferi bubonis gemitus: & aliaꝝ dirarū auium turpiſſi̅os vlulat⁹ audiri Theſeus apud Senecā refert.palus inertis fœda cocyti iacet hic vultu hic lutifer bubo gemit.inde nonnulli Coccyto nomen datū volunt:a Coccyge:aue quē vulgo cuculum vocant. Sed Platonici quidā philoſophi p̄ Coccytum:quicqd homīes ad lachrymas compellit interpretantur.

Acheron.

ℂ Acheron.Ad heracleā pōti fluuius eſt ab Acherōte mariandynoꝝ rege dictus vt Tei⁹ Andro refert.

Sornautes.

is poſtea Sconautes a megarēſibus quibuſdam nautis vocatus eſt q tēpeſtatē maris illuc euaſerunt vt canit Apollonius eiuſdē noīs alter apud inferos eſſe fingitur:ad exprimendū mœrorē:quo cariſſimos quoſqȝ ita functos efferimus Aliter Academici nā quicqd feciſſe dixiſſeue vſqȝ ad triſtitiā:humanæ varietatis more nos pœnitet in Acheronte ſignificari putauerūt

Mercurij quot & qui.

ℂ Requierūt cōpreſſa ſunt. ℂ Atlātis tegææ nepos.Quattuor Mercurios vetuſtas coluit vt refert Coruilius.vnū Iouis & Maiæ filium alterū cæli & diei Tertium liberi & proſerpinæ.quartum Iouis & Cyllenes:quem fama eſt ob Argi cædem profugum:litteras Aegyptijs oſtendiſſe:verum omnes ad maiæ filiū referūtur:vt Hercules ad Thebanū ℂ Atlātis nepos Orati⁹ Mercuri facūde nepos

Atlantis. Atlas.n.maiæ pater fuit:a qua Mercurius:vt p initia Li thiacon cecinit Orphe. ℂTegeæ. Arcas nā Tegea Arcadiæ oppi dū ē vt ſcribit pauſanias meminit & Homer⁹.vnde muliebri gñe Tegeatis maſculino Tegeates & Tegæus apud Propertium:quin & Tegeaticus:Papinius. Et de Menalia volucet tegeaticus vm= bra. Tegeæ qđ idem ſcribit pauſanias Aleæ Mineruæ templum fuit:ab aleo Aphidantis filio cōditū:de quo ſtatius templūq; aleæ nemorale mineruæ. q̄uis in peruulgatis codicibus alte librarij vi= tio ſcriptū ſit. ℂCōmune prof.&.ſ.n.nā ſupis & infernis dijs gra tus:eſt:vt canit Flaccus.vtrorumq; nuncius & interpres:vt apud Lucianū legimus:qua ratione vetuſtas ei mixtum libabat: hoc ē aqua dilutū vinū.qđ alterū.ſ.merū deoꝝ ſupeꝝ:alterum.ſ.aqua: deoꝝ maniū putabatur. ℂProfundis:infernis. ℂ Qui fas q ius habes. ℂPer limē vtrūq; nā ſoli mercurio Tartarus:vt cælū pa= tet:quō cæteris dijs non itē qđ apud Papinium Pluto quæritur. Quid.n.mihi nuncius ambas itq; reditq; domos. ℂ Facis com= mercia:mutuā conſuetudinē. Eſt aūt cōmercium libera cōmean= di contrahendiq; facultas ab ijs q merces vltro citroq; conuehūt appellata. Pap.in Achileide.hæc geminæ commercia terræ? ℂI Celer ꝑpera nā mod⁹ ē īpandi ab eo is verbo. ℂProſcide notos auras:q̄s q volāt neceſſe ē vt ſecēt ℂ Redde iuſſa refer mādata ac meo noīe Ioui nūcia. ℂ Supbo hoc ait ex affectu Plutonis nā p turbati orō tota ē:& pricipiū hēt abruptū a percōtatione:& qdē figurata:nō.n.iterrogat vt ſciat:ſed vt ita acri⁹ vrgeat. Sæuiſſime fratrū. Cōuerſio ſermonis ad Iouē quē crudelitatis īſimulatꝙ vxo rē ſibi nō dederit. ℂTm̄ ne tibi in me iuris habes. Tāta ne ani licentia vteris vt hoc etiā tibi pmittas? ℂSi nobis no.vj.cū.cæ. for.tulit. Si fatis inquit iniquis potior es:ideo ne tibi videor ido= neus quem tantopere negligas? ℂ Fortuna. Sortitionis euentus qppe fortuna:ſecundū Plato:mens eſt:& ipſius anima mūdi quē tū deū tum prouidentiam:q̄nq; neceſſitatem nūcupant nonnūq̄ fortunam.qꝛ efficiat multa improuiſa nec opinata nobis:propter obſcuritatē ignorationēq; cauſaꝝ. Eadem poſt Anaxagorā ſtoi= ci ſenſerunt adhibita diuiſione qꝛ eorum que ſunt quedam per ſe nulla externa vi fiant nonnulla fato plæraq; fortuna contingant. Extat & Luciani Samoſateni libellus : vbi ſimul hoc nomine ſi= mul aliorum meritoꝝ:Iouem fortunæ non parum debere Mer= curius affirmat. ℂ Noxia.vel hoc in iuſta qꝛ te mihi pretulerit,

Tegea.
Tegeus.
Pa ap. locus

Cōmercium

Fortuna qd

Iouis robur

Mundi Sortitio

¶Vires quas in te trāſtulit.nā Iuppiter(quod ſcribit Homerus) Diis omnibus virtute longe preſtat placet tamen vt opes potius intelligas. ¶Tulit.eripuit apheresis.

Cum cælo fortuna tulit:non robur & arma
Perdidimus.ſi rapta dies:an forte iacentes
Ignauoſq putas?q non cyclopea tela
Stringimus:aut vanas tonitru deludimus auras.
Non ne ſatis viſum eſt?grati q luminis expers
Tertia ſupremę patior diſpendia ſortis?
Informeſq plagas?quom te lętiſſimus ornet
Signifer:& vario cingant ſplendore triones.
Sed Thalamos etiam prohibes·Nereia Glauco

¶Cum cælo.Iuppiter.Neptunnus:& Pluto fratres inter ſe rerū ſummam ſortiti ſunt vt eſt apud Homerū & Ioui qdē cælum.Neptunno Mare Plutoni inferna ſedes obtigit.Terram vero & olympum communem ſedē reliquerunt.id quod Lactantius exeuhem monumentis:ad hiſtoriæ fidē referre conatus eſt Sed Callimachus in hymnis omnino pernegat:¶Non pdidimus.amiſimus:alij p interrogationē nū qđ legūt magis placet:nā breues interrogatiūculæ pathos mouēt:vt illud Iunonis apud Verg.Nū ſygæis occūmbere campis?num capti potuere capi?num incenſa cremauit troia viros?¶Robur & arma quibus duobus bella conficiūtur & colorē traxit ex illo Iuuenalis:Curandū īprimis ne magna iniuria fiat fortibus & miſeris.Tollas licet omne quod vſq̄ eſt auri atq argenti:Scutum gladiumq relinques:& Iacula & galeam ſpoliatis arma ſuperſunt: ¶Si rapta dies.nam tenebras orcidis colit. ¶Iacentes abiectos. ¶Ignauos oſcitabundos ac deſides:vt nihil iniuria moueamur? ¶Cyclopea tela fulmina que Ioui cyclopes fabricant hos heſiodus tris memorat Asteropem: Bronten:& Argem & Cyclopas appellatos ait:q vnus ſingulis oculus & is in media fronte: circinatæ rotunditatis erat idem ſenſit & Hellanicus Eoſdem circulares

Cyclopes q̇ & vnde.

cæli vertigenes repręſentare Zeno diſputat. Nos ex ipſis nominibus Aeris tempeſtates interpretamur. vt in noſtris originibus exponemus & inde cælo ac terra parentibus natos fingi:q; ex igne cęleſti terræq; vaporibus excitentur. Hos ſuis telis Apollo ſuſtulit:q; opifices fulminis extitiſſent:quo iuppiter Aeſculapium necauit:vt ex fabula refert Higynus:ob quā cędem depoſito numine phœbus Admeto famulari coactus eſt:vt in Alceſtide ſcribit Euripides. Callimachus vero canit Apollinē pauiſſe Admeti pecus eius adoleſcentis forma inductū Callimachi verſus (ne gręca videar oſtētare) latinos a nobis factos adiecimus. Te ſimul ex illo paſtorem phœbe vocamus Tempore:quo Amphryſi duxti ſub prata iugales pubeſcentes adhuc Admeti captus amore Meminit & Plut. in numa & in artibus Naſo Cynthius Admeti vaccas pauiſſe phereas Fertur & in parua delituiſſe caſa quem verſum repetit in heroidibus de hoc & longum Tibulli carmen extat:qđ ex hac hiſtoria intelligendum illic diſceptabimus:iis eſſet confuſatis qui ad Iſſen Macarei filiam perridicule referebant. ❡Stringimus. iaculamur ac mittimus: Superorum vero trium ſiderum ignes ſunt:qui decidui ad terras fulminū nomen habent:ſed maxime ex iis medio loco ſiti. ideoq; dictū Iouem fulmina iaculari autor Plinius:fulminū plura genera:quom voles apud Senecam leges in queſtionibus. ❡Vanas auras. inane de quo Lucretiꝰ multa:Nōnulli tamē vano ſcribūt:& cū tonetru iungunt:quē vanum dici volunt:qm̄ deciduus in terras:vt fulmē nō eſt & plaga caret. ❡Tonitru Tonitrus (vt inquit Anaximāder) eſt nubis ictæ ſonus: ❡Deludimus irrito fragore concutimus. Nā pluto:quo ad eius fieri poteſt:Iouis numē eleuat ❡Nōne ſatis viſū. an ne parum ducis? ❡Expers. orbatus & abſq; portione. ❡Tertia diſpēdia ſupremę ſortis. i. vltima dāna tertię ſortis. de hoc alibi plura dictabimus ex Callimacho. ❡Informes plagas. Regiones adeo fœdas vt Achilles optet apud Homerū:heri potius:& quidem paupis in vita ſeruiciū pati:q̄ manibus illic iperare. ❡Signifer. obliquus circulus ꝑ quē ſol iter annuū cōficit:is & Zodiacꝰ appellatur. ab effigie animaliū q̄ Ζωα greci dicūtur Solꝰ hic latitudinē ex oībꝰ circul' adeptꝰ eſt. nā quō cęteri ſola lōgitudine cēſeātur & hr̄e elatū nō poſſint. in Zodiaco latitudinē ſignoꝝ capacitas exigebāt:q̄ duabus lineis & ecliptica diffinitur autor Macrobius. ❡Letiſſimus. aſpectu iucundus:qppe q̄ tot cęleſtiū flāmaꝝ luibꝰ

Apollo cur Admeto ſeruierit.
Explicatus Eur. locus & albū.
Tibulli

Juppiter vñ dictus fulmina iaculari.

Orci ſedes informis & amena.

Signifer. zodiacus

ſilluſtratur. Cingāt:vtriqꝫ cōplectātur:& āblāt nā cęleſtiū deorū
ſedes gemis axib⁹ intercluditur:Oui.i Ibin. Dij maris & cęli qꝗ
Triones Septemtriones. vnde. js meliora tenetis:Inter diuerſos cū Ioue regna polos. ¶ Trio
nes ita ruſtico quodā verbo boues appellati ſunt: q̄ſi terrióes hoc
ē arādæ colēdæqꝫ terræ idonei ide ſidus:qđ figura ſituqꝫ ſimile
pl auſtro videtur:αμαξ αν græci dixerūt nři ſeptētriones a iūctis
bobus. i. a ſeptē ſtellis ex qbus q̄ſi iūcti triones effiguntur vt ex
iſtimat Aelius Addit p̄terea Varro dubitare ſeſe:an ideo magis
eæ ſeptē ſtellæ triōes vſurpētur qꝛ ita cōſtitutæ ſūt vt ternæ ꝓxīas
quæqꝫ ſtellæ īter ſe faciāt Trigonas. i. triquetras ſpēs:vt Gelli⁹
īterpretatur. id qđ ſubtilius elegātiuſqꝫ pleriſqꝫ vř. ītuētibus. n. in
illud ita propemodū res eſt:vt triquetra forma videantur. ¶ Va
rio ſplen. plurīū ſtellarum. quibus ſidus id conſtituitur. vel gemi
nos & aduerſos axes intelligit:aquiloniū. ſ. & Auſtralē. quorum
ſingulis eiuſdem nominis ſidus ineſt. Ver. acturū pluuiaſqꝫ hya
das geminoſqꝫ triōes. ¶ Prohibes Thalamos vxorē negas ¶ Ne
Scylla. reia. Scylla. quā Glaucus vnice amauit. vt eſt apud Oui. hāc Acu
ſilaus phorco patre genitam tradit:& Lycophron. Heſiodus in με
γαλαισ κοίαις (poematis nomen id eſt) phorbante. nec inter om
Lamia que. nes in matre conuenit Homerus Cratæin. Steſichorus Lamiam
vocat:quæ & ipſa ex formoſiſſima puella in monſtrum verſa infa
tes necat:quoniā omni ſobole:quā ex Ioue ſuſceperat indignatio
ne Iunonis orbata eſt:vt lybicoꝝ ſecūdo ſcribit Duris. ex græcis
nonnulli ſcyllā hecates filiā cecinerūt. Sed eandē Cratęin & heca
tem Apolloni⁹ accipit in argonautico: quā pſeā a patre dici eiuſđ
poetæ carmine ſupra docuimus. Ex hac hiſtoria Vergilij verſus
ex Ciri. mendoſos & ſyllabis olim vacillantibus in hos numeros
Crateis. redegimus:& ita noſtra caſtigatione nuper Minutianus impreſ
Ver. locus. ſit. Ipſi ſeu Lamie mater:ſit ſiue Cratæis. Siue illā mōſtro genuit
ex Ciri. perſea biformi:ſiue eſt neutra parens. Monſtrū vero biforme (ne
Glauci qđ ꝑ quem vox ea remoretur (phorcū Ver. appellauit. ¶ Glauco. ſub
plu. audi cohæret. aut lege Glaucū:& ab inferiore repete verbū cōple
ctitur Glaucus apud Strabonē lyciæ ſinus eſt:& amnis ibidē Pli
nio Glaucus Minois item filius in mellis dolio necatus: Aeſcula
pij vel polyidis vt ex græcis nonnulli ſcripſerunt ope reuixit:
id quod innuit Lycophron:& refert Higinus. Percurrit & Oui. in
Ibin q̄q̄ Domit inanē fingit hiſtoriā. Eiuſdē nois alius ex inſula
chio:ferruminationis inuētor fuit autor Herodotus. Glaucus p̄

terea Cariſtius ex Eubœa pugil:is ab aratro productus in olym= piã:ſæpe vicit:vt diſcimus ex Pauſania repetit & Suidas. Glauc⁹ ad hæc potniæus ex Boeotia memoratur quē libidine furētes eq̄ lacerauerũt vt ēt Maro canit. Hic maris eſt numē. de quo nos ali= bi copioſius. Exemplũ ſumit ab iis Pluto:q natalibus aut dignita te infra ſe ſint aut nihilo certe preſtent quo Ioue negatæ (vt ipſe videri vult) vxoris maiorem faciat inuidiã.

Gal. locus.

Neptunnum gremio complectitur Amphitrite.
Te conſanguineo recipit poſt fulmina feſſum
Iuno ſinu. Quid n. narrem latonia furta:
Quid cererem: Magnãq; Themin: vbi tanta creandi
Copia: te felix natorum turba coronat.
Aſt ego deſerta mœrens inglorius aula
Implacidas nullo ſolabor pignore curas:

❡Amphitrite hæc (vt canit Heſiodus) Oceani filia fuit & Dori dos que cum ſeruare virginitatem cuperet. Neptunni vi verita ad Athlantē confugit poſtea delphino ſuadente deo nupſit inde del phin inter aſtra Neptũni bñ ficio recept⁹ Fabuloſa de hoc Higyn⁹ pſeqtur ex Eratoſthene meminit & Ouid. in faſtis ❡Cõplectitur gre ſinu fouet. & voluptatē q̄ pcreamur itelligit. ❡Te ſinu recipit vt ſtatim ſupra Iuno Iouis:& qdē ex vtroq; parēte ſoror:fuit Sá turni & opis filia: quã priuſq̄ duceret Iuppiter furto cognouit. vt Callimachus indicat:& eum ſecutus in Diris Maro. Iupiter ante ſui ſēp mendacia furti. Cũ Iunone prius cõiũx q̄ dict⁹ vterq; eſt Gaudia libauit dulcem furatus amorē. ❡Cõſanguineo Sororio nã cõſanguinei frēs ēt dicũtur Verg. Et cõſãguine⁹ læti ſopor:q p pe ſõni ſoror mors eſt vt canit Heſiodus. ❡Poſt fulmina fe. ama re molicie corporis & crudelitatē ſimul exprobrat:quaſi fulmini= bus ad laſſitudinem Iupiter ſæuiat & ei muneri par non ſit:q iacu lãdo defatigetur. ❡Quid. n. narrē latonia furta: honeſta dubita tio q̄ crimen exagerat quid referã latone ſtuprũ. Ex hac. n. Iuppi= ter Apolinē ſuſtulit:& Dianã: ſunt qui latitantia legũt. vt Pluto dicat furtiuos Iouis cõcubitus æquari verbis non poſſe. ❡Quid Cererem magnamq; Themin Iuppiter tris habuit vxores: Iuno= nē: Cererē: Themin a prima Curetas:a ſecunda pſephonē a tertia

Amphitrite. Iunonis & Iouis furta

Verg: verſ⁹ enarratuo. Iouis vxo res. Themis.

Ichne oppidum.

Mineruam ſuſcepit.autor Euemerus. ¶Themin.cæli & terræ filia Themis fuit hanc eius nuptias fugientem Iupiter in Macedonia compreſſit.hinc & Ichnis oppido datum nomen a puellæ veſtigijs que ſequutus eſt & legit Iupiter:quom eam perquireret:vt eit apud Philetam in eo Themis Ichnæa colebatur vt Strabo refert&:meminit in hymnis Homerus & Lycophron in Alexãdra

Minerua
Curetes
Vulcanus.
Hebe

¶Vbi tanta creandi copia. Themis abſq; Minerua:cuius ſupra meminimus.Nymphas etiam Ioui peperit quas de nuptijs Iunonis decimo pherecydes ad Erydanũ ſedes habuiſſe tradit:& Heſperidas:de quibus commode plura referemus:& ad Themin q̄dem referemus:& ad Themin quidem referri nonnullis placet: quoniam Iuppiter ex Cerere:atq; Iunone ſingulos (vt aiunt) liberos procreauit.equidem non aſſentior in Iunone:ex qua p̄ter Curetas:vt ex Euemero recitauimus:etiam vulcanum ſuſtulit:vt ait Home.licet.Heſiodus & eum ſecuti:ex ſola Iunone *ſine viri accubitu* natum prodiderint.genuit & Heben que *nupſit Herculi:vt* legimus apud pauſaniam.¶Natorũ turba ampla ſoboles ¶Coronat.& ſtipat te adiecit aut felix quoniam numeroſa proles ĩ aduerſa fortuna non modo non iocunda:ſed honori nobis eſt aut ex affectu Plutonis intellige:qui filios optat:& Iouem beatum ducit qui toties pater ſit amplificat autem per comperationem augetq; fortunam Iouis:vt tanto deterior ipſe videatur.¶Deſerta ſine liberis alioqui nuſq̄ frequentior inferno locus eſt illuc.n.commeant omnia.Referatur & hoc ad affectum nam ſi que optamus abſũt vel immedia turba nobis ſoli videmur:vt amans ille Plautinus: & Dido:de qua Verg.Sola domo mœret:vacua:quom reginæ famulæ.nunq̄ non appareant:vt etiam Seruius obſeruauit. Nihil tamen impendit:quin & remotis arbitris intelligatur:an vt habere vbilibet comites?ſic & captare ſeceſſum reginæ non poſſunt? aut certe Deſertam ditis ſedem:vt ſupra auernum vacuum certo epitheto dixit.¶Mœrens.in luctu.¶Inglorius ſine nomine Papi:Cuſtoſq; inglorius aræ.¶Solabor.leniam.¶ Curas implacidas.animi ſolicitudines:que pectus angunt ¶Nullo pignore.nullo ſuſcepto filio.nam liberorum blanditiæ parentum triſtitiã plerũq; diſcutiunt tractauit hunc locum Papi.ad eliciendas A tedio lachrimas:in morte Alumni Quis tua coloquijs hilaris mulcebit amatis pectora?quis curas menſq; arcana remittet accenſũ quis bile feret:famuliſq; tumentem leniet?ardentiq; in ſe deflectet

ab ira:pignora liberos appellamus:q ij connubium quaſi fœdere quodam ſanciunt & diuerti non ſinant inde. Iuue.in eos qui parum viri nubebant:inſtat inquit ijs ingens tormentum.Quod nequeunt parere:& partu retinere maritos.Idem queritur & Eunuchus apud Clau.

Non adeo toleranda.quies primordia teſtor
Noctis:& horrendę ſtagna intemerata paludis
Si dicto parere neges:pateſ acta ciebo
Tartara:Saturni veteres laxabo catenas
Obducam tenebris lucem:compage ſoluta
Lucidus vmbroſo miſcebitur axis auerno.
Vix ea fatus erat iam nuncius aſtra tenebat
Audierat mandata pater ſecumq; volutat
Diuerſos ducens animos:quę tale ſequatur
Coniugium:Stygioſq; velit pro ſole receſſus.
Certa requirenti tandem ſententia ſedit.
Aetnęæ cereri proles optata virebat
Vnica nec tribuit ſobolem lucina ſecundam:

¶Non adeo tol.qes non tā.i pax eſt vt hoc etiam feramus Polybius multis verbis contendit:tanto ſtudio ſectandā pacē non eē vt aliquid contra dignitatē patiamur. ¶Primordia.noc.chaos & inferni denſam caliginem:que nunq̄ luce diſcutitur.aut intelligit erebum qui & ipſe teterrimus eſt:& noctis:pater:vt dictauimus ex Varrone. ¶Stagna intemerata:q̄ dij nō violāt.nā p ea iuratis nefas eſt fallere.vt añ eſt dictū. ¶Paludis.Stygiæ de qua cō mode plura recitauimus.ex Pli.Seneca & alijs autoribus. ¶Horrendæ quā venerātur & timent ſupi de qua.Verg.vna ſupſtitio ſupis q̄ reddita diuis. ¶Si dicto pa.ne.Si ipata nō feceris & hoc liberius vt iratus agit Pluto. ¶Patefacta cie.pandā ac inte ſolli= Pax.

citabo vt illud Maronis animūq; labātē ipulit. ¶Tartara. Titanas & mōſtra:q̄ ſunt apud inferos. ¶Laxabo ca. Sa. Soluā inqt in te Saturnū nā is in vinculis:apud inferos aſſeruatur:coniectus illuc a Ioue:quoniā filios deuoraſſet. vt ſcribit pla. Cui poſtq̄ Saturno tenebroſa in tartara miſſo ſub Ioue mundus erat hoc alij vulgatū putāt.q; regno pulſus ad Ianū cōfugit:in ea Italiæ ptere gnātē:q̄ mari iſero alluitur. ead minatur apud Papi. Pluto. habeo iā quaſſa gigātū vincula:& Aethereū cupidos exire ſub axē Titanas miſerūq; pre; hoc ē Saturnū. de quo Diodorus & Macrob. plura. ¶Obducā tenebris lu. atra diē nocte inuoluā. Dis apud Papi. panda oīa regna Si placet:& ſtygio pretexā hyperiona cælo. ¶Soluta cōpage. facto hiatu. nam cōpago que cōpages etiam dicitur cōmiſſurā ſignificat. Verg. Laxis cōpagibus oēs accipiūt inimicū hymbrē:cuius nois paternus caſus a plæriſq; cōpagis enunciatur. ab alijs et ā compaginis:qđ Oui. vſurpat:& Manilius:etiā ſi Seruius refragatur. ¶Lucidus axis. Aether. Ver. Aedibus ī me dijs nudoq; ſub Aetheris axe Male q contra vetuſti codicis fidē legūt Aer:nihil offenſi tēpo℞ ratione:quē græcum nomē ſit aer & apud eos p. H: ſcribatur q̄ ſemper apud latinos in e lōgū trāſfertur: vt pcipit Martiāus Oui. Lucidus hic aer: & q̄ duo corpora reſtāt & Luca. Aer & lōgi voluēt titana labores. ¶Miſcebitur confundetur vel emiſſa inferna nebula pturbabitur. Verg. Interea magno miſceri murmure pontum. ¶Vmbroſo auerno. nigro tartaro. ¶Vix ea fatus erat hoc ait qm̄ velociſſimū Mercurij ſidus eſt fere dicto citius iter cōfecit. ¶Nūcius. interpres. i. Mercurius. ¶Tenebat aſtra cælū cōſcenderat. ¶Mādata. q̄ ditis noie Mercurius expoſuerat. ¶Pater. Iupiter. cui mores (vt inqt Diodo) patris nomen dederūt. ¶Volutat frequētat iuū ductū a voluo. i. diu multūq; ſecū tractat & cogitat. ¶Diuerſos du. ani. varia captās conſilia qppe mens aius:anima. & conſiliū idē ſunt: vt Lucretius opinatur hoc āt ſūpſit ex illo Vergiliano. Atq; animū nunc huc celerē:nūc diuidit illuc. In pteſq; rapit varias pq; oia verſat. ¶Que tale ſe cōiug. q̄ diti nubere nō recuſet. ¶Pro ſole p luce. ¶Stygios receſſus Spelūcas:& (vt Lucretius ait) orci lacunas idē verbū vſurpauit Eurypides ī polydoro. ¶Reqrēti. dū p oīa ducit animū aut dubio Gellius adhuc īqt queritur. i. certū nō ē placet ītelligas alternāti ex eodē Marone. ¶Sedit placuit Verg. Si ſedet hoc animo. ¶Tādē quia lōga deliberatōe cōſtituēdū Ioui

Saturnus apō inferos

Compago.

Mens
Animus
Anima
Conſiliū ſedere.

fuit an Ditis volũtati ſatiſfaceret ¶ Aetnææ cereri Aetna ſiciliæ mons notiſſim⁹ ſortitus nomẽ ab Aetna Briarei Cyclopis filia: ſicani q nomẽ iſulæ dedit ſorore Simonides ait Vulcanũ cũ Cerere de ſiciliæ finibus cõtendiſſe: ijſq₃ extitiſſe Aetnã arbitrã: q ſecũ dũ Cererẽ litẽ dederit Supiora ſcribit Diõ Caletianus Eſt & ſiciliæ ciuitas Aetna: alio verbo Adraniũ dicta: quã fluuius eiuſdẽ nõis alluit autor Stephanus Mella Põp. famã habet iquit: ob Ceteris templũ. Aetna pcipua mõtiũ Sed hic Ennã plæriq₃ ſubſtitu unt vt diuerſa ſit ab Aetna cui⁹ nõ multo poſt Mella meminerit. Affert & vrbẽ Strabo: Ennã i edito colle ſitã: & delubro cereris vt ait iſignẽ vñ quidẽ Ennæã apud ſiliũ Cererẽ dici cõtẽdũt Ex grecis tñ nõnulli id eẽ Cereris epithetõ apud Lycophronẽ iterpta͂tur: q͛ hæc (vt eoꝝ verbis vtar) ενχια.i. humi dea colitur q͛q₃ ei⁹ nũinis tota vis i terra cõſiſtit. Equidẽ qm̃ Strabõis & .M. T. (vt alibi recitabimus) autoritate: Ennã mõtis & oppidi nomẽ eſſe colligitur vbi pcipuus honor Cereri deferebatur: Aetnãq₃ pterea ſtephanus vrbẽ reddat: etiã Adraniũ nominatã ad quã pſerpina rapta eſt a Plutõe: vt iter naturæ miracula refert Ariſto. cõſtitutũ nõ hẽo. hoc an illo modo poti⁹ ſcribi debeat huc accedit qđ & ipſe mons Aetna nõ nihil ad Cererẽ facit: ex hiſtoria: quã narrauimus ex Diõe: & i antiqs Põp. codicib⁹ Aetnã nõ Ennã ſcriptũ adnotaui. ¶ Proles opt quã mr̃ vnice diligebat aut optata: q͛ oĩbus eã votis Ceres priuſq̃ cõciperet expetiuerat. ¶ Virebat alluſit ad nomẽ virginis qđ a viridi ætate tractũ ẽ nã mulierẽ Verg. & virꝫ paſſã paſiphaen quæq₃ iã ter pepererat virginẽ dixit eo verſu Ah virgo ifelix q̃ te demẽtia cœpit Quid ſi virebat: a plãtis ſũpta trãſlatiõe p creſcebat accipias: nã virere tũ plãte dicũtur quõ lætæ proueniũt. ¶ Vnica vſurpauit Orphei verbũ Claud. is pſerphonẽ μουνογενειαν dixit in hymnis nam nihil pter eã liberoꝝ Ceres ex Ioue peperit ex Iaſone vero Dardani fratre Philomelum & Plutum. numen diuitiarum de cui⁹ nomine priſcæ comœdiæ ſcriptor Ariſtophães fabulam græce dedit eius meminit & Theocritus ob eum concubitum fulmine extinctum Iaſonem multi poſt Homerum ſcripſerunt. Hermippus: vt refert Higynus ait a Philomelo iunctos in Creta boues: & primo plauſtrum fabricatũ: qđ & petellides gnoſius affirmauit Cohæſit & Erinydis ſpecie Neptũno in equi formã mutato vnde natus Arion eſt vt legim⁹ apđ Lycophronẽ. hiſtoriã pcurrit Oui. i vj. met. ad Neptũnum

Aetna mõs vnde.
Aetna vrbs:
Adranium.
Enna
Ennea ceres an Aetnea.

Virgo Proſerpina vnica.

Plutus diuitiaꝝ numen.
Philomel⁹.

Plauſtrum quando primum.
Arió equus
Oui. locus
Lucina
Ilithyia.

conuerſo ſermone & te flaua comas frugũ mitiſſima mater ſẽſit equũ ¶ Lucina Iunonis ꝑepitheton nomẽ quod egerat: & partũ ꝓ lat: in lucem ſiue quod oculis & luci preeſſe credebatur vt ſẽtit. Pli. inde ſupercilia q̃ ꝓtegũt oculos: ꝑ quos luce fruimur: vetuſtas heſitabat: vt varro ſcribit & Feſtus. Eandẽ Iunonis filiã Diodorus autumat: quã mulieres in doloribus inuocabãt & Oui. a Iunone ſeorſũ ſtatuit: ac Illithyiam greco nomine qñ ꝗ nuncupat. Oratius Lucinã cum diana confundit. ſiue Lucina ꝓbas vocari porro diana eadẽ cũ lũa exiſtimatur: q̃ ꝓpo quodã munere diſtẽdit rimas: & Viã meatibus aperit: qđ eſt accelerãdo ꝑtui ſalutare ¶ Non tribuit ſe. ſo. ñ. conceſſit alteram filiam.

Feſſaq; poſt primos hæſerunt viſcera partus.
Infœcunda quidem: ſed cunctis altior extat
Matribus: & memeri damnum proſerpina penſat.
Hanc fouet: hanc ſequitur. vitulam nõ blandius ambit
Torua parens: pedibus quę nondum proterit arua.
Nec noua lunatę curuauit germina frontis.
Iam vicina toro: plenis adoleuerat annis
Virginitas: tenerum iam pronuba flamma pudorem
Sollicitat: mixtaq; tremit formidine votum.
Perſonat aula procis: pariter pro virgine certant
Mars clypeo melior: phœbus prętantior arcu.
Mars donat rhodopen: phœbus largitur Amyclas

¶ Feſſaq; poſt primos. hæ vi. par. Mulierum alię in ęternũ ſteriles ſunt. alię mutatis coniugijs fœcundę reddũtur: nonnullę tñ ſemel oino pariunt. poſt annum quinquageſimum non gignunt autor pli. ¶ Heſerunt feſſa conſtiterunt a partu laſſa. ¶ Viſcera fœcunditatis & conceptus loca quã vuluã debent. nam quicquid ſub corio eſt viſcus appellari docet Ser & ita cor Pli. ẽt dixit. Cęſari dictatori ſacrificãti bis in extis cor defuit. vñ queſtio magna

de diurnatione argumentantibus.potuerit ne ſine illo viſcere hoſtia viuere? ¶Infœcūda que non ſæpe concepit. Extat: eminet. ¶Numeri dā.numeroſę plis iacturam nā q̄tum cęteris numero cedebat pſerpina.tantū pręclara indole ſuperabat. ¶Penſat rependit nam Ceres in vna proſerpina plures genuiſſe videbatur. ¶Fouet.amplectitur:ab auibus ſūpta trāſlatione:quę fouere dr̄r oua.qbus ad excutiēdū pullos incubāt aut fouet nutrit ac puehit inde focus:fomēta:focillatiōes:Foculi fomites .i.aduſtę vites:vt Opilius interpretatur:aut aſſulę ex arboribus:dū cędūtur excuſſę Fouetmus āt q̄ ſuā rob ur nō habēt:& ſatis p ſe firma nō ſunt: vt Ser:ait:¶Nō blā.nō maiori affectu nō indulgēti⁹. ¶Ambit. affectatur & ſtudioſe comit ¶Torua pares.vacca.nā pcipua frōtis aſpitas appet.in hoc pecore.vñ Toruitas (vt quidā putāt) q̄ſi taurorū acerbitas ducta ē.& boues ppetuo Epitheto toruos poetę vocāt, ¶Vitulā.buculā.Hylus ait.vitulā vocari deā:q̄ letitię pſit.inde vitulari verbū qđ ē voce lętari.& animal ex boū gn̄e vitula ab animi alacritate atq; laſciuia q̄ maxīe ſpectatur in vitulis hoc autē exēplo poeta docet:q̄ cara pſerpina mr̄i fuerit. ¶Pedibusq̄ nōdū prot.ar.hoc ait.q eius pecoris tota cōmiatio in priori bus pedib⁹ ſtat:ita gliſcēte alternos replicat.ſpgitq; in altū hare nā. Soliq; animaliū tauri eo ſtimulo marceſcūt: vt autor eſt Pli: ¶Proterit.pulſat ac verberat. ¶Arua Solū. ¶Germīa frō.Cornua q̄ gemīa a frōte prorūpūt vitulis. ¶Lunatæ curuæ nā Lūa prio poſt coitū tpe: quō ſolis radijs illuſtratur: ſpēm cornuū repſentat ea tū græce μηνοειδης appellatur vt ait Capella Naſo Cornua quō lunæ plenio ſemel orbe coiſſent Lā vici. to ado. an virginitas Marōis Aemulatio. iā matura viro iā plenis nub lis ānis. ¶Vicina toro collacāda. ¶Plenis ānis īegra ætate.¶Pronuba flā. igēitus qdā ardor:q ætate matura virgines: ad nuptias pro uocat aut iſtās cōnubij tps: qđ placet qppe nouā nuptā: qnq; faces antiquo ritu pībār.vt ſcribit Plut.in q̄ſtionibus. ¶Sollicitat āgit. ¶Tener; pudorē pudicū puellæ pectus: q̄ veneris adhuc expers ē: & pæ atē rudis: & vt Papi ait Subit ille ſupmus virginitatis amor. ¶Mixtaq; tremit toruo nā puellæ vir; pariter cupiūt: & metuūt ¶Votum deſiderium Mart vota tui breuiter ſi vis cognoſcere Marci. ¶Perſonat au. procis plures iqt ex dijs pſerpinā ſibi iūgere ſtudebāt: ſed īprimis Mars & Apollo magno ābitu puellæ nuptias; affectabāt. ¶Perſonat nā proci ſemp

Fouere
Fomites
Toruim boues.
Toruitas vnde.
Vitula cur.
Luna corniculans
Faces in nuptijs.
Mars
Clypeus & Clypeum.

i cātibus: aut tumultu ſūt: vt legim⁹ apud Home græce μνηστῆρες a nr̄is proci dr̄: q ſimul eādē poſcūt vxorē a procādo poſcēdoqȝ. vt ſcribit Feſtus. ¶ Aula pria ps do. Atriū nā illic fere diuerſabā tur proci vt inuit. Home. i odyſſea. ¶ Mars. is a maribus qb⁹ in bello pĕſſe creditur: appellatus ē vt docet Varro. ¶ Melior pſtā tior. ¶ Clypeo ſcuto quo pedites vtebātur dictus ab aſpitate ſi- gnoꝝ q̄ vetetibus ſcutis & q̄libus apud Troiā pugnatū ēierant: vt ſcribit Pli. Clypeū neutro gñe ꝓferēdū Caper p̄cipit. Ti. p̄te rea Liuius intētidē Clypea dicit Trebellius Clypeus iḡt aureus: vel vt grāmatici loquūtur Clypeū. ¶ Phœbus Apollo pſtātior. .i. ē ¶ Arcu iaculatiōe nā Phœbus a græcis hecatebeletes: a nr̄is Arcitenēs q epithetō appellatur & ipſe deus apud Oui: arcus: vt ꝓpria tela ſibi vēdicat a Cupidine ē aūt cōtētio nā ſingula ſingu lis opponūtur ¶ Donat ex ātiquo Nuptiaꝝ ritu: quo vir & vxor inuicem ſe coemebāt vt ſcribit ēt Seruius Maro teqȝ ſibi generꝝ Thetis emat oībus vndis In thracia ſedē Mars hēt vt Statius in Thebaide canit Manilius Thrace martē ſortita colonū qđ ideo vulgatū Vegeti⁹ exiſtimat: qꝫ ea gēs armoꝝ ſtudioſiſſima ſēp ex titit eadē legitur ēt Modeſt⁹. ¶ Rhodopē. Thraciȩ Mōs ē dict⁹ a Rhodope Strymonis ānis filia ex qua Neptūnus Atho gigantē genuit: q & ipſe mōti nomē dedit. autor interpres Theocriti. Sed Oui. ipſā puellā Rhodopē in mōtē cōuerſā tradit: qm̄ deos. aſpe- naretur. Eſt & Ioniȩ ciuitas Rhodope vt ſcribit Stephan⁹. ab vtro qȝ Rhodopeus. & reſolutiōe diphtōgi Rhodopei⁹ enūciatur. Oui. in epiſtolis Hoſpita Demophoon tua te rhodopeia phyllis. cuius mētio nos admonet: vt aliud eiuſdē poetȩ carmē explicemus. .i. i remedijs Vixiſſet phyllis ſi me foret vſa magr̄o & pqđ nouies ſȩ pius iſſet iter. Nouies. n. nō finitus ē numerus ꝓ infinito qđ grā- maticoꝝ vulgus exiſtimat: ſed ab hiſtoria: quā refert interp̄s Ly- cophrōis in Alexādra Quippe phyllis Demophoōtē: vel (vt ipſe nūcupat) Acamētē: ad vſqȝ nouē vias ſequuta ē: q̄ thraciȩ ciuitas Emphipolis alio noīe dicta eſt vt ſcribit Harpacratiō & Suidas: mēinit & Thucydides & alij p̄terea nōnulli. Quoqȝ illic (vt inqt) Acamētē diu fruſtra expectaſſet: īpar amori phyllis: mortem ſibi cōſciuit: ad qđ alluſiſſe Naſonē cōſcere licet. ex iis eius verſib⁹ in arte amādi. Nona terebatur miſere via: viderit inquit: Et ſpectat Zonā pallida facta ſuā: & alibi Quere nouē cur iſſe vias dicatur & audi Depoſitis ſyluas phyllida fleſſe comis: ſic. n. ſuperi⁹ hexa-

Nuptie ꝑ cō temptionem.

Rhodope Mōs ⁊ puella.
Athos mōs ⁊ Gigas.
Ouidii carmen. ex amoris remediis explicatum.
Nouem vie.
Amphibolis ciuitas.
Phyllidis mors.

metrum ſcribendũ eſt:ex antiquis codicib⁹:nõ vt nũc paſſim le=
gitur. Quęre nouẽ vicibus cur ipſe feratur:etiã ſi ſuos & hoc ha=
beat aſſertores.ſed eos negligendos. ¶Amyclas. Ea peloponeſi *Amycle ciuitas.*
ciuitas ex iis vna fuit.quas olim Lecedemonij centũ tenuerũt.in=
ſtitutis etiã cõmunibus ſacris ꝓ ſingularũ ſalute:quas hecatõbas
ab earũ numero memorabãt.autor Euſtathius. Nomẽ Amyclas
Lacedemonij s filius indidit hiacynthi pater & Daphnes puellæ:
quoꝗ mẽrem Diomedẽ interpres Nicãdri noiat:hiacynthũ vero
Phœbus in delicijs hũit:vt in eius ſororẽ Daphnẽ:cõceptos ignes *Martialis.*
quoquo mõ leniret:hinc illud apud Martialẽ. Torquebat phœbũ *Sẽſus enucleatus.*
Daphne fugitiua:ſed illas Oeball⁹ flã mas iuſſit abire puer. Amy=
clis vt in tota fere Laconia:ſũma veneratione Apollo colebatur:
quẽ apud ſe natũ ꝓfitebãtur:ad oppidũ (cuius Antimachus me=
minit) Amphigeniã. ſed ab alijs ad Tegyrã res trãſfertur:vt pau *Delos vñ*
lopoſt indicabimus.id qđ intellexit Apollonius:vbi Therapnęũ
Iouis filium dixit Appollinem.

Et Delon Clarioſꝗ lares.hinc Aemula Iuno.
Hinc poſcit Latona nurum.deſpexit vtrunꝗ
Flaua Ceres:raptuſꝗ timens (heu cœca futuri)
Commendat ſiculis furtim ſua pignora terris.

¶Delon. Delos. vna ex cycladibus:ea poſt diluuiũ.qđ Ogygiũ *Delos vnde*
dicitur:quõ nouẽ & ampli⁹ mẽſibus:interdiu noctis facies incu=
buiſſet:pria obtutibus reddita ẽ:illuſtrãte ſole:& inde nomẽ ſor= *Ortigia cur.*
tita:vt ait Solinus.eadem qñꝗ Ortygia dicta eſt:vt ait Phanodi
cus:ab eiuſdem nominis aue:in quã Latonæ ſoror Aſterię vim
Iouis fugiens ex puella verſa eſt. qđ Lycophron:& Callimachus
affirmant. Nicander nomẽ datum putat.ab Ortigya oppido Ae=
tolię:vnde profecti coloni Delon & Omotermona paruã iux= *Dolos cum*
ta Syracuſas inſulam tenuerunt. Fama eſt latonam cum Neptũ= *Calauria ꝑmutata*
no Delum permutaſſe:data Calauria inſula quę Latonæ prius
erat.idẽ de pythone q̃ parnaſſi mõtis eſt: & ꝓmõtorio Laconiæ *Pytho.*
Tænaro feciſſe credũtur:vt Euſtathius ẽt refert Ferũt Latonã ex *Tenarum.*
lõgo errore & partu grauidã & iã ad pariẽdũ vicinã:tpib⁹ exactis
confugiſſe delũ:atꝗ ibi Apollinem Dianãꝗ peperiſſe autor Ci=

Apollinis & Diane nata la Solum.

Claros vnde Manthos Tireſie

¶ Clarioq; la Claros Ioniȩ ciuitas Apollinis oraculo nobilis iuxta Colophonē eā Mantho Tireſiæ filia condidit fugiens thebanorum victores epignos: vt tradit Mella. que quom patriæ cladem lugeret: & ſuam manantibus vbertim lachrymis fontem fecit. vnde Claros: ἀπὸ τῶν δακρύων: locus appellatus illuc. n. Rhacium Mycenæum ſecuta eſt: cui ex oraculo nupſerat. vt canunt ij q thebaida græce ſcripſerunt. Nearchus ait id nom̄ datum: q Apollini per ſortem claros obtigit: quam κλῆρο græci nominant. alijs eam ſortitionem inter Neptunnum & Martem: non Apollinem geſtam placet. is tamen inde Clarius dictus eſt & illic ſanum habuit in quo reſponſa: epota aqua reddebantur: vt autor eſt Ariſto. qui Theologumena græce compoſuit. Quin & clari Mimallon a lycophrone vocatur: Caſſandra quoniam vates & Apollinis ſacerdos erat.

Clarius Apollo. Clari mimallon caſſādra. Oui. locus Antimachꝰ

Clarius apud Oui. poeta: non Apollo (quod alii qui ſuſpicantur) Sed Antimachus intelligitur. is platonis ætate. Colophonius fuit: vt diſcimus ex Suida lydēq; puellam: quam pdite amabat: carmine ab eius nomine plyde i ſcripto celebrauit: ex quo ſæpe teſtimonium citant interpres Apolloni. ¶ Clarios la. clari mœnia. vetuſtas. n. deos vrbium præſides: ædiumq; priuatarū cuſtodes. Clares exiſtimauit & coluit: quos induto canum pellibus effingebant: adhibito ad pedes eiuſdem generis animali argumento q ij pro domibus excubarent non ſecus ac canes autor Plutar. Tibullus. Vos patri ſeruate lares. ¶ Aemula. bis accipiendum nam Iuno cum latona: ceu pellice: ſimultates gerebat: nec illa inferior Iunone videri patiebatur: quō mater eſſet ex Ioue. Aemula vero eiuſdem ſtudij ſectatrix eſt. an hic potius æmulæ: q æ proſerpinæ connubium competebant? ¶ Iuno que Martem ſine viro concepit: in campis olenijs tacto flore quem Flora Zephyri coniunx indicauit autor in faſtis Oui. Latona. Cœi filia: phœbi mater ¶ Poſcit nurum vxorem filio petit. nam filij mei coniunx mihi nurus eſt: vt iuris ciuilis autor Modeſtinus ait. ¶ Deſpexit vtrūq;. Commode hoc in Cerere. que non iniuria Martis & Apollinis affinitatem reiecit. nam ſolis æſtus & bellum: præſertim ſi diutius per trahatur: æque fruges & annonam lædit. inde grata Cereri pax eſt: vt canit Orpheus. Quin & ipſa dea pax ita effingebatur: quaſi ſpicam frumento grauidam manu teneret. idſquod in priſci æris nummo ſpectamus: & innuit Tibul. ¶ Interea pax alma veni. ſpicā ꝑ teneto. ¶ Flaua perpetuum Ceteris eſt epithetō

Lydeʼ

Lares qui

Mars e flore conceptus Nurus que.

a maturis frugibus q̄ flaueſcunt. Tibul. Flaua Ceres tibi ſit nr̄o de rure corōa Spicea. ¶Ceres: a gerēdis frugib⁹ appellata ē vt docet Cic. patria lr̄a imutata: imitatione græcoꝝ: apd̄ quos Δημητηρ q̄ſi γημητηρ. i. terra mr̄ eadem vocatur. Heu cœca futuri iprouida fati Ceres. q̄ vltro icurrit cladem quā declinabat. Eſt autem acclamatio: p parēthesim. ¶Cōmendat depōit nā ſic id verbum iuris ciuil' autor Vlpianus iterp̄tatur. & li. ij. Ceres ad matrē Leuiuſq; meū trinacria cælet depoſitum. ¶Sua pignora. ꝓſerpinā filiam ¶Furti. Clam diis q̄ puellæ nuptias ambibat. Cōmēdare.

Inſidis natam laribus commiſit alendam.
Aethera deſeruit: ſiculaſq; relegat in oras.
Ingenio confiſa loci. Trinacria quondem.
Italiæ pars vna fuit: ſed pontus & æſtus.
Mutauere ſitum: rapuit Confinia Nereus.
Victor: & abſciſſos interluit æquore montes.
Paruaq; cognatas prohibent diſcrimina terras.
Nunc illam ſociæ raptam tellure triſulca.
Opponit natura mari. caput inde pachyni.
Reſpicit ionias protentis rupibus iras.
Hinc latrat getula thetis: Lilybeaq; pulſat.
Brachia conſurgens. hinc dedignata teneri.

¶Inſidis nō reddituris depoſitum ¶Laribus Siciliæ regionib⁹ quaꝝ genii ſunt lares. de q̄bus ſupra & alibi. ex Ouid. & aliis autoribus ſatis multa. ¶Conmiſit alēdam educandæ ꝓſerpinæ curā credidit. Aethera de. ſi. re. i oras. omiſſio atq; repudiato cælo emēdat i Siciliā mari circumfluam. nam oræ ſunt littora. ¶Ingenio. naturæ q̄ eſſet inſula & vndiq; mari cingeretur. quaq; Italiæ ꝓpinqua eſt: rapido & æſtuanti freto. ¶Trinacria quōdam Sicilia Sicania a Thucydide dicta: Trinacria a pluribus: aut triquetra: a triangula ſpecie Lucretius inſula quem triq̄tris terrarum Sicilia. Sicania. Trinacria. Thrinacia.

geſſit in oris: brutio agro quondam coherens: mox interfuſo
mari auulſa ab hoc dehiſcendi argumento græci rhegyo dede=
runt nomen: oppido in margine Italiæ ſito. totius ambitus in=
ſulæ clauditur ſtadijs tribus milibus. hæc Strabo: Plinius: & So
linus Sybilla canit Neptūnū filium Thrinacrum Thriacrię nomē
dediſſe Sybillæ carmen latinum nos ita fecimus ait. n. in men=
tione Siciliæ Quam condidit heros Thrinacus æquorei regis
Neptunnia proles. in quo nos illud non fugiat: huius nominis
primam ſyllabam flatilem protuliſſe: & abſq; .r. vltimam ex
græcis ēt nonnulli Thrinatiam dixerunt id qđ Euſtathius obſer=
uauit. ℭItaliæ pars vna fuit. i. annexa. ℭPontus & æſtus ...
...i. ponti & maris æſtus hoc eſt atrox nec vſq̄ alias torrens fre
tum: nec ſolum citato impetu verum etiam ſæuo: neq; expien=
tibus modo terribile: verum etiam viſentibus vndarum porro
in ſe concurrentium tanta pugna eſt: vt alias veluti terga dantes
in imū deſidere: alias quaſi victrices in ſublime ferri videas: nūc
hic fremitum feruentis æſtus nunc illic gemitum in voraginem
deſidentis exaudias. Hæc ex Polycreto: q res ſiculas cecinit: iter
naturæ miracula recitat Ariſto. inde Ver. Aene. iij. Et genitum
ingentem pelagi pulſataq; ſaxa Audimus longe: fractaſq; ad lit=
tora voces & paulopoſt. Tollimur in cælum curuato gurgite: &
ijdē ſubducta ad mães imos deſcēdimus vnda. ℭNereus Cicilia
anguſtis olim faucibus italiæ cohærebat: direptaq; velut a corpe
maiore impetu ſuperioris maris eſt: quod toto vndarū onere il=
luc vehitur: vt Trogus ait. Dioniſius āt punicus canit Neptunnū
tridentis ictu inſulā diremiſſe: non Nereū. Addit. Euſtathius id
a Neptūno factū: quo tutior ab inſidijs. Aeoli filius Acaſtus eēt
is vt ſcribit Diodorus Rhegium tenuit: iccirco Callimachus Aca
ſti vrbē Rhegiū dixit. ſed & Nereus pro Neptūno qnq; ponitur:
& indifferēter vtrūq; ꝑ mari. Nā Tritonem Nereo patre genitū
ꝓdit Lycophron: quē plures poſt Aceſandrū Neptūno. Ver. Ae=
ne. ij. Seuitq; tridenti Spumeus atq; imo Nereus ciet æquora
fundo. alioq Nereo: quē mitē vocat Heſiodus placidū. Claudianꝰ
ſæuicia nō conuenit. ℭVictor ſuperatis mōtibus quos abruptos
volebat. nā voti compos: & effector propoſiti victor eſt ℭAbſciſ
ſos mōtes abruptos & nūc ab vtroq; littore: gemella quadā altitu
dine oppoſita promonoria traditæ de ſe famæ patrocinātur ℭIn
terluit. influit eadē Verg. Aene. iij. ℭParua di. breuis intercape=

Freti Siculi torrens eſtus.

Sicilia Italie quondam anneca

Acaſtus. Aeoli filius

Rhegyum Acaſti regia

Nereus Victor

do qppe a Colūna regia:vbi minimū:mille & quingentis paſſib⁹
ſeparatur vt tradit Polybius:& nos metati ſumus. ¶ Terras co.
olim continuas. ¶ Sociæ ra. ab Italia auulſam. ¶ Tellure.tri nam
tribus promōtorijs in diuerſa procurrens:græce litteræ imaginē
que delta dicitur efficit. autor Mella. ¶ Opponit mari nā vn diqꝫ — Freti ſiculi minima latitudo.
flu ctibus cingitur. ¶ Inde.ſ.ab exortu. ¶ Caput.vertex. ¶ Pachy
ni.promōtorij:qđ ad ortū vergens græciā ſpectat:vt ait Polybi⁹
nomē habuit:ab aeris craſſitudine:vt placet Seruio.nā græci: qđ
nos pingue:παχυ appellāt. Enūciatur & media correpta. Rhēni⁹ — Pachynus.
Fān⁹ in Dyoniſiū. Eminet ad Zephyrū lilybe.pachynuſqꝫ ſub or
tū. ¶ Iras io fluctus & tēpeſtates:maris ionij:de quo diximus.
¶ Protētis.n.procurrentibus in mare ſcopulis. ¶ Hinc ex aduer
ſo.ſ.a brumali ſolis occaſu. ¶ Latrat.ex vndarū conflictu ſonat ab
iratis canibus ſūpta tranſlatione. ¶ Thetis Achillis mater hic āt
mare ſignificat:vt apud Statiū. Quom. Thetis arētes aſſuetū ſtri — Thetis
gere ripas Horruit ingenti veniētē iſmenō aceruo ea nerei filia
fuit. vt Heſiodus canit vt ſentit Septimus Chironis:q Nereus in
pelei nuptijs & filiæ dictus ſit ¶ Getula. mare libycū ſyrtibus ptē
dit:vt ſcribit Stra. id nunc a Getulis aphricæ populis: Getulū di
cit qbus Getula vulcani filia nomē dedit. Eoſdē n̄ vt alij Γετουλ
λουσ. hoc eſt Getulos. ſed Γετυλιουσ:appellat artemidor⁹ ex hoc
defendi poteſt:illud Martialis traducta eſt getulis:nec cœpit ha
rena nocētes & Oui. Quid dubitas victā getulo me tradere Hiar
bæ Salluſti⁹ in iugurtha. Aphrycā ab initio hūere getuli:q ma
gis erāt ſub ſolib⁹ haud lōge ab ardoribus aſperi incultiqꝫ:qs ci
bus erat Caroferina:atqꝫ humi pabulū vti pecoribus. ¶ Lilybeaqꝫ — Getuli
p.b. Lilibeū ꝓmōtoriū qđ aphrycā cōtuetur. & flexo littore bra — Lilybeum
chia repreſentat idem lilybe fœminino genere dicitur autor. Eu — Lilybe
ſtathius & apud nos Rhemnius Fānius ita protulit. imitatione — Lilybeum adiectiuum
Dionyſij. Eminet ad Zephyrum lilybe inde adiectiuum lilybæū
Diodo. eiuſdem nominis oppidum celebrat & puteum qui lily
bæus appelleretur oppidi meminit & Macrob. in Saturnalibus.
¶ Conſurgens in tempeſtatem.

Concutit obiectum rabies Tyrrhena pelorum
In medio ſcopulis ſe porrigit Aetna peruſtis:
Aetna giganteos nunq̄ tacitura triumphos.

Enceladi buſtum qui faucia membra reuíctus
Spirat inexhauſtum flagranti pectore ſulphur.
Et quoties detractat onus ceruice rebelli:
In dextrum læuumq; latus: tunc inſula fundo.
Vellitur:& dubiæ nutant cum mœnibus vrbes.
Aetnæos apices ſolo cognoſcere viſu:
Non aditu tentare licet pars cætera frondet.
Arboribus: teritur nullo cultore cacumen.
Nunc mouet indigenas nymbos: piceaq; grauatũ.

Infer mare Tyrrhenum. ¶Rabies tyrrhena inferi maris vndæ: qđ a littoribus Siculum: Liguſticum: Tuſcum: & Tyrrhenũ vocatur. a Thuſcis quos alluit eoſdem Tyrrhenos a ſe Tyrrhenus Atyos filius appellauit: Dux Coloniæ: quam lydi inopia frugum laborãtes in taliã miſerunt hiſtoriam ſcribit Herodotus: & Dionyſius Alicarnaſæus. ¶Rabies nam eius fluctus: alterno curſu modo in Thuſcum: modo in Ionium pelagus ſe ꝓripiunt: ingenti maris feruore Eſt autem metaphora ſumpta a canibus: qui cum rabie tentãtur ſæuiunt maxime. Pelorus. ¶Pelorum is in Italiã vergit Scyllæ aduerſus: vt canit Fãnius cauſa nois gubernator Anibalis qui ꝓfugus ex Aphryca: ac ꝑ ea loca Syriã petens: quia ꝓcul intuenti videbãtur litora eſſe continua & non peruiũ pelagꝰ ꝓditum ſe arbitratus: Peloꝝ illic occidit & cõdidit vt Mella Põponius & eo prior Salluſtius autor Peloria ciuitas. eſt Peloria vero paleſtinæ ciuitas eſt a pellore Terrigena( de quo dicemus) vt ſcribit Stephanus. ¶In medio hic locus eſt vnde plæriq; contendunt: Ennam apud Cic. ſcribi non oportere ſed vt hic Aetnam qđ ipſe quoq; Tullius eiuſdem nemus in media Aetna. inſula collocet: qui vmbilicus Siciliæ nominetur Equidem vt initio teſtatus ſum nihil ſtatuo. ¶Se porrigit atollitur & altus creſcit Aetna mons appellatus ab Aetna cæli & terre filia vel a loci genio cognomine quod ſcribit Caſtor Dion Caletianus ab Aetna nympha Cereris & vulcani diſceptatrice: cuiꝰ Briareꝰ pater fuit vnus Cyclopum. Vnde ſuſpicari licet Maronem: Cyclopas ipſos

Aetneos fratres dixiſſe Eiuſdem nominis Cceani filia fuit: quæ
palicos vulcano celebres in Sicilia deos peperit vt Silenus in.ij.
refert Sed Aſchylus palicorum matrem Taliã: non Aetnam vo=
cat vt patrem nõ vulcanum: ſed Iouem. ¶ Peruſtis ſcopulis exeſis
incẽdio rupibus in eius enim vertice hiatus duo ſunt Crateres no
minati: p quos eructatus erumpit vapor p̄miſſo prius fremitu p
æſtuãtes cauernarum latebras lõgo mugitu intra terræ viſcera
diu voluitur nec antea ſe flãmaꝝ globi attollunt: q̃ interni ſtre
pitus antecedant hec Strabo: Plin. & Solinus Aetna: Anadiplo
ſis.i. iterãrio ea fit vt Plutarch⁹ docet: quoties vna pluresue par=
tes orationis: a pricipio medioue reddũtur. in qua frequẽs Ho=
merus eſt. & Verg. Tris notus abreptas in ſaxa latẽtia torquet:
Saxa vocãt Itali medijs quæ in fluctibus aras. ¶ Nunquã taci
tura quæ perpetuo teſtabitur. ¶ Triũphos gigãteos deoꝝ victo
riã de gigãtibus Triũphus greca vox ẽ, vt Varro putat: a τριαμ=
βω liberi patris apud illos cognomine q primus triũphaſe cred
tur: vt ẽ apud Pli. tametſi Plutar nõ ꝓbat. ¶ Enceladi buſtũ venu
ſte nã buſtũ loc⁹ ẽ: vbi mortui flagrãt & cõdũtur. vt hic Encela
dus. autor Põp. Enceladũ vero ſub Aetna fulmine ictũ eẽ fabulæ
ferũt Ver. Gurgite triacrio moriẽtẽ Iupiter Aetna Obruit Encela
dũ vaſti q põdere mõtis æſtuat: & patulis expirat faucib⁹ ignes.
¶ Saucia mẽbra Iouis telo traiecta. ¶ Spirat. efflat. ¶ Inexhau
ſtum in cõſumptũ qđ tot ſeculis durat. ¶ Sulphur. notiſſimum
terræ genus ignẽ vel interuallo corripiẽs i inſulis Aeolijs p̄ſtãtiſſi
mũ naſcitur iter Siciliã & Italiã qđ Pli. tradit ſed in Cãpaniæ
Collibus q Leucocabi vocãtur id e cuniculis effoſũ igne pficitur
¶ Pectore flagrãti ardẽti legitur & gutture: qđ placet vt referas
ad illud Maronis: Et patul' exſpirat faucibus ignes ¶ Et quoties
detrectat onus fabuloſa rõ ſed alias paulopoſt a phis mutuatas
adducet. ¶ Detrectat conatur excutere ſignificat autẽ refugere
Tibullus Detrecto nõ ego vincula pedum. ¶ Onus iniectũ mõ
tem ¶ Ceruice rebelli reluctantibus humeris Vergilius Ergo
age care pater ceruici imponere noſtræ: id verbum Singulari nu=
mero primus Hortẽſius enũciauit: vt Varro prodit: nam ante
eius ætatem tãtum pluraliter vſurpabant etiam ſi ſecus eſt apud
Seruium. ¶ In dextrum læuumq; latus. Vergi. Aeneidos .iij.
Et feſſum quoties mutat latus ſic enim Claudianus legiſſe vide=
tur: non vt Seruius & alij: motat ¶ Vellitur quatitur. ¶ Fundo

Aetnei fra=
tres apud
Verg. Cy=
clopes vnde

Palici.
Anadiploſis
figura que

Triumphus
vnde.

Buſtum
Enceladus.

Aetne ſuppo
ſitus.

Sulphur
Detractare.

Ceruix
Ceruices.

Urbs unde ab imo ſole ¶ Vrbes mœnia. ab vrbo: qđ aratri curuaturã ſigni ficat: id incõdẽtis vrb. b⁹ adhibebãt ex Aere qđ iuris ciuilis autor Pomponius teſtatur. & ſcribens de Italia Carmini⁹ libro ſecũdo ¶ Aetneos apices Aetnæ cacumẽ: quod pex appellatur: ab inſigni veterum ſacerdotũ. ij virgã geſtabant in ſũmo pileo quæ vinculo comprẽdebatur: id quod aperire priſci dicebãt inde nomen Apicis: vt Feſto placet in eius extremitate lanæ flocc⁹ extabat qđ Aſcanius inſtituit apud Albam: vnde Flamines etiam dicti ſunt autor Seruius ¶ Licet datur ¶ Cognoſcere diſcere ac explorare. ¶ Solo viſu tãtum oculis Qui Serenus ſũma non est alacres homini cõtingere viſus. ¶ Non aditu uõ acceſſu cãdẽtis fauillæ periculo qua Plinius extinctus eſt dum inuiſeret veſeuũ Campaniæ montẽ qui & ipſe ignes eructabat autor Cecilius in epiſtolis & Euſebius. ¶ Tentare experiri ¶ Pars cætera montis ſcilicet ima latera ¶ Frõdet arboribus: viret. ¶ Cacumen. vertex & ſũma pars ¶ Teritur nullo cultore vacuum cultoribus eſt & deſertũ. ¶ Nunc interdũ ¶ Mouet emittit ¶ Nymbos fumi globos: quos vehemẽs ſpiritus pellit: & ſequitur id quod atram nubẽ Vergilius dixit ¶ Indigenas: ipſi⁹ Aetnæ ſuos: quoſq; ipſa ꝓcreat indigenæ vero ſunt q nõ aliũde quoquam veniunt ſed in iiſdem patrię ſedibus ſemper manent quos græci vocant autochthonas.

Indigene

Fœdat nube diem nunc motibus aſtra laceſſit.

Terrificis damniſq; ſuis incendia nutrit.

Sed quamuis nimio feruens exuberet æſtu.

Scit niuibus ſeruare fidem. pariterq; fauilis.

Dureſcit glacies tanti ſecura vaporis.

Arcano defenſa gelu fumoq; fideli

Lambit contiguas innoxia flamma pruinas.

Quæ ſcopulos tormenta rotent: q̃ tanta cauernas.

Vis glomeret:quo fonte ruat vulcanius ignis:
Siue quod obiicibus diſcurrens ventus opertis
Offenſo per ſaxa furit rimoſa meatu:
Dum ſcrutatur iter:libertatemq; repoſcens:
Putrida multiuagis populatur flatibus antra.
Seu mare ſulphurei ductum per viſcera montis
Oppreſſis igneſcit aquis:& pondera librat.
Hic vbi ſeruandum mater fidiſſima pignus

¶Fœdat grauatū obfuſcat & grauat. ¶Nube picea obſcura caligine:& fumo. ¶Diem.ſolis radios & lucem.i.interdiu noctis faciem reddit. ¶Laceſſit aſtra.Cælum petit:expreſſit illud Mar. Geminiq; minantur in cælum ſcopuli. ¶Motibus terrificis. flāmarum globis.vt ait Verg.alij motibus legunt:vt ad pumices referatur. ¶Dāniſq; ſuis incen. nu.Aetnā conſumi:& ſubſidere ex hoc quidam colligunt.q aliquando nauigantibus ſolebat oſtēdi poteſt hoc accidere.vt ſcribit Seneca:non quia montis altitudo deſcendit ſed quia ignis euanuit:& minus vehemens ac largus effertur:ob eandem cauſā fumo quoq; per diem ſegnior. Neutrū autem incredibile eſt.nec montem qui deuoretur cottidie minui:nec manere eundem.quia non ipſe ex ſe eſt ſed in aliqua inferna conceptus valle ignis exæſtuat:& alias paſcitur:in ipſo monte non alimentum habet ſed via. ¶Nutrit incendia a. paſcit' ignes. ¶Suis damnis. nā cottidie decreſcit. ¶Sed quamuis.ſed in illa feruentis naturæ peruicacia: mixtas ignibus niues perfert:& licet vaſtis exundet incendiis:apicis canicie perpetua brumalem detinet faciem.ita inuicta in vtroq; violentia: nec calor frigore mitigatur:nec frigus calore diſſoluitur. Strabo Seneca Plinius & Solinus autores. ¶Exuberet.exundet. ¶Scit ſer.ſi.n.quodā q̄ſi fœdere:vicinas niues nō lędit ¶Pariter ſa.iter calidos cieres:alioq nō eēt miraculū Dureſcit.g nix ī glaciē cohit. ¶Secura nūc tuta.ſ3 ī piculo ſecut9 ēt dici pōt. ¶Tāti va.icēdij.

Aetnā mōtē decreſcere

Quidā carmen emaculatum.

Defenſa ſeruata defendere tectis frigus apud Ver. ſignificat ppulſare inde Naſonis Oenone defēſa eſt humili cana pruina domo & ita nos qdē emēdauimus: quō prius nullo vel ineptiſſimo ſēſu depreſſa legere tur. ¶Arcano gelu. intimo: & īgenito frigore ¶Fumo fideli nā ſcit niuibus ſeruare fidem vt dictum eſt. ¶Lābit leuiſſimo tactu pſtringit ac libat vſurpauit Vergilij verbum Attollitq; globos flāmarum & ſidera lambit ¶Innoxia quæ cōtiguas niues nō liquefacit & noxa damnū quoq; ſignificat. Ouidius luce nocēt potæ: ſine noxa nocte bibuntur. ¶Pruinas. hic niues eſt autem pruina gelidus & concretior ros: a purendo dictus: vt placet pompeio Quæ ſco. tor. rotent Honeſta dubitatio quæ carmen excitat & auditorem recreat feſſum ſimul rei magnitudinem exprimit. Quid hoc eſſe dicam: qđ Enormia ſaxa: non ſecus ac excuſſus neruus aut balliſta iaculetur: nam tormēta

Tormēta q.

in vſu caſtrorum ſunt quę machinato pulſu magna vitela contorquent. Papinius in Achilleide Murorum tormenta pilos emittebant etiam ſagittas vt eſt apud Senecam de ira libro i. & molares vt docet Liuius ab vrbe cōdita li. xxiiij. ¶Rotent eui-

Vulcanus a matre deiectus.

brēt ¶Scopulos vaſtiſſimos lapides. ¶Glomeret vēti turbine verrat ac miſceat ¶Cauernas antra & ſubterraneos meatus. ¶Quo fōte. q̄ origine qa nō ipē ex ſe ē ſed ī aliq̄ īterna cōcept⁹ valle ignis exeſtuat vt putat Seneca. ¶Ignis vulcanius quo vulcanius exercet officinā Nā vulcāus deoꝝ faber eſt Iunōis filius a matre pp deformitatem deiectus vt eſt apud pauſaniam An

Aetna nunc Mulciber.

ignis vulcanius: cuius autor vulcanus extitit: is. n. prius ignis vſū mortalibus īdicauit: vt refert ēt Diodorus placet prior ſnīa nam Aetna alio nomīe mulciber ab eius dei ſede ētnum vulgo appellatur. ¶Siue qđ altiores aggreditur rōnes & eas qdem a philoſophię penetralib⁹ repetitas Nā cōflictus ī freto ſiculo vndaꝝ raptū ſecū ſpūm ī imū fundum trahit atq; ibi ſuffocatum tādiu tenet: donec p ſpiramēta terræ difuſus nutrimēta ignis incendat ¶Ventus diſcurrens raptus ſpūs vt īqt Trogus ¶Furit eluctatur Offenſo meatu ab obiectis in occulto molibus retardato curſu ¶Per ſa. ri. fiſtuloſa pumicis ac tophi piphraſin ¶Dū ſcrutat exitū q̄rit ¶Libertatēq; repo. ac dū cōtēdit ī auras regredi ¶Populatur diripit ac vehementi ſpiritu differt ¶Puttida antra liq̄factas igne ſpeluncas: & in modum calcis excoctas ¶Seu mare ſul. nūc aliā cāꝫ reddit ēt naturalē Nā tot⁹ cāpaniæ tractu adusq;

Siciliã vel ĩ ipſo maris fũdo ſulphure⁹ ẽ: vt ſcribit Strabo quoq̃ꝫ fiſtuloſa terra ſit: & ĩ nũeris foraminib⁹ excauata ſubeũte fluctu ventum creat. is agitatus ignẽ excitat ex ſulphure quo ꝑpetuo flagrat ætna hanc etiã cauſam integro poematis argumẽto Ver. exeqtur. ❡Ductũ. actũ ❡Peruiſcera. penitiſſimas Aetnę ſpecus. nam ſic intimas montium partes viſcera diſcimus: vt ſũmas interdum verticem media latera. ſupremas etiã pedes a noſtro corpore tracta ſimilitudine. ❡Montis ſul. qui ſulphur exudat ❡Ignelcit flammas concipit: atq̃ꝫ incenditur. ❡Oppreſſis aquis. illiſis & colluctantibus: vnde ardor procreatur. aut oppreſſis: interclufis: & tamdiu ſuffocatis: quo ad ſpiritum gignant qui flammas excit et vt propoſuimus. ❡Librat. eiectat ac inſtar teli cõtorquet Verg. & telum quod miſſule libro. ❡Pondera. molares. i magni ponderis ſaxa ❡Vbi. ſimulac ad digreſſione reddit ad inſtitutũ. Quom Ceres ĩ Sicilia tuto (vt putababat) filiam depoſuiſſet. ipſa ad matrem Rheam ſalutandam profecta eſt in phrygiam.

Montium. Viſcera Vertex. Latera

Abdidit: ad phrygios tendit ſecura penates:
Turrigeramq̃ꝫ petit Cybelem: ſinuoſa draconum
Membra regens: volucriq̃ꝫ perauia nubila tractu
Signant: & placidis humectant frena venenis.
Frontem criſta tegit pingunt maculoſa virentes
Terga notæ: rutilum ſquammis intermicat aurum.
Nunc ſpiris Zephyros tranant: nunc arua volatu
Inferiore ſecant. cano rota puluere labens

❡Abdidit. occuluit. ❡Seruandũ dignus. cuſtodiã natam. ❡Secura. nihil ſollicita: neq̃ꝫ ſuſpecta. ❡Tendit. iter arripit: & curſum tenet. ❡Phrygios phrygia pars eſt Aſiæ. ſortita nomẽ a phrygio oppido macedoniæ: ſiue Brygio: vt gentili macedonum lingua nominatur: autore Stephano: vnde colonos profecto aiunt in phrygiam. Sophocles in Athamante: tradit phrygios a phryxo dictos: immutatione litterarũ: quaſi phryxios. q̃ is illuc primum delatus ab ariete fuerit. ❡Penates. ſedes quaꝫ tutelares dij penates exiſtimãtur. eoſdẽ lares etiã vocabant. vt ante eſt dictum.

Phryges vnde. Phrygium. Brygium

penatum vero mentio facta commodiſſime hic eſt. nam Caſſius
Hemina: romanorū penates interpretatur: quos alio verbo. μεγα
Penates q̄ Ver. locus
λους θεους. i. magnos deos indigitabant. Et Cybelē de numero
penatū eſſe nõ dubitabit: q eā dici magnā matrē nõ ignorat. Lõ
ga Dionyſij Alicarnaſæi: Nigidij: Varronis & macrobij de dijs
penatibus diſceptatio. Sūt aūt p quos penitus ſpiramus: p quos
habemus corpus: & animi rationē. Deos penates teſtatur apud
Verg. Sino: quõ ait. vos Aeterni ignes &c. Nā ſe penatum offen
ſam vereri ſimulat: ſi patriæ ſecreta hoſtibus ꝓdat cuius dijs pe-
natibus: credita cura eſt vñ dij patrij quoq; dicti ſunt: vt tradit Hi
gynus & Maro. Dij patrij ſeruate domum: ſeruate nepotē: porro
penates æternū ignē etiā alibi Ver. appellauit. Aeternūq; adytis
Metropolis vrbs phrygie
effert penetralib⁹ ignē. Metropolim vero Claud. intelligit vrbem
phrygiæ magnæ matris. i. Berecyntiæ regiā: & domiciliū vñ Me
tropolis etiam dicta eſt: vt ſcribit Alex. cognomento polyhiſtor.
❡Petit cy. ad ideā matrē cõcedit. Eadē Cybele dicta eſt tpib⁹ &
dimēſu Anapeſti: a græco verbo κυβυσαν q꜃ eius miniſtri galli p
furorē caput rotantes oracula edebāt. autor aū Ser. Pompe. Capel
Cybele vnde
la tñ ait Cybele nomē datū απο του κυβου. i. a cubo q ſit ei⁹ numi-
Cubus dcū matri dicat⁹ et quid turrita cur cybele.
ni dicatus. Eſt āt cub⁹: quõ oē latus eiuſdē nūeri æqualiter in ſeſe
ſoluitur vt eſt apud Gel. vt quõ ter terna ducuntur: & idē ipſe nu-
merus triplicatur. ❡Turrigerā. q̄ Coronā turribus inſignē geſtat
nā ſic eā vetuſtas effinxit: q꜃ eadē tellus credebatur: que turribus
munitas vrbes ſuſtinet. Lucr. de reꝝ natura li. ij. Muraliq; caput
ſūmū cixere corona Eximijs munita locis q꜃ ſuſtinet vrbes Quo
nunc inſigni p magnas ꝑdita terras. Horrifice fertur diuine ma-
tris imago. ❡Sinuoſa. in orbes contracta nā ſinus ēt volumē &
in anguibus flexus ē. Expreſſit aūt illud Maronis ſinuatq; immē
Currus ceceris a Serpētibus trahit
ſa volumine terga. ❡Draconū quos eius deæ currū trahere canit
etiam Orphe. is vero rumor ſubortus eſt. ex quo vaſtæ magnitu-
dinis ſerpēs: q Salaminē vaſtabat ab Eurylocho eiect⁹ ad Cererē
cõfugit ad Eleuſinē inq; deæ miniſterio pmanſit: vt Heſiodus au
tor eſt eū ſerpentē Nymphæ Salaminos ac Neptunni filius Cy-
chreus educauerat a quo iuxta Salaminē pagus Cychreus etiam
Cichreus
dictus ē. a Sophocle memoratus in teucro. ❡Per nubila p aerem
quē dixit auiū non q꜃ ipui⁹ & in acceſſus aer ſit: ſed vbi trita ſemi
ta nuſq̄ extat nā neq; pedū neq; rotaꝝ ſigna ĩpreſſa retinet alij p
Volucre
auia legūt cõpoſita dictione qđ nõ diſplicet. ❡Tractu volucri. ce

leri lapſu vel curru quē volucres & alati ſerpētes trahunt nam vo= lucre eſt q̄dcū q̄ pennis aufertur cuius contrariū inuolucre Gelli⁹ Inuolucre enunciauit pulli ēt tūc inuolucres erāt.i.plumabant iā ſed volare nōdū poterāt. ℂHumectant aſpergunt:& madefaciunt. ℂFræ= Freni na hic orias intellige:vt cū prece denti verbo cōueniat eæ fauci= Frena bus inditæ:ſingulos equos:aut iugales cohercent.& fræenos & fre= na:vtroq̄ genere dicimus:& vocalis in eo prima diphthongon habet vt precipit Apuleius. ℂVenenis venenū:q̄d pharmacon Venenum græci vocāt:indifferens nomen ē & ſignificatū a coniunctis acci pit nā bonū & malū venenū dici poteſt.vtq̄ nos venena ſic illic pharmaca tā q̄ potu necant q̄ medicamenta vſurpant:vt apud iu re conſultos Caius ait. ℂPlacidis.innocuis. ℂFrontem chriſta te git:negat hoc Plini⁹.vt dictū eſt. ℂPingunt.verſicoloribus gut= tis inficiūt. ℂIntermicat ſquāmis p ipſa ſquāmaꝝ īterualla ſub inde fulgēt quedā q̄ſi Scintillæ quales in harenis aduerſo ſole cer nimus:quas are micas appellant. ℂAurum rutilū.auri ſplendor ℂNunc.interdū ℂTranant.trāſmittūt. ℂZephyros.auras ſpēs zephyrus pro genere & ita dixit vt Maro.defer mea iuſſa p auras. Zephyr⁹ Aurum aūt:q latine fauonius appellatur:ab occidua plaga ſpirat. Euro cō trarius vt vitruuius & ſtrabo ſcribit. ℂSpiris ſinuoſo lapſu. ℂSe cant radunt. ℂArua.terrā. Verg. Iāq̄ arua tenebant ſunt vero Ar ua culti ſoli ſpacia. Salluſt.pabulo magis q̄ aruo ſtudent ab aran= do dicta:vt varro docet. ℂInferiore.terre propiori. Sed hoc totū iter ad naturæ rationes accōmodatur. Nā ſerpentes ad Nubes ap te referri pñt vñ deciduus hymber humū fœcōdat & pcreādis fru gibus haud paꝝ confert.vernas āt Pluuias omnium maximas eē teſtatur etiā. Ver.quō ruit hymbriferum ver eodem tempore fauo nius etiam ſpirat:vt paulopoſt oſtendemus cuius hic a poeta mē tio pretermiſſa non eſt cū genitalis mundi ſpiritus ſit: vt ſcribit plinius:& Cereris munus adiuuet intellexit & hoc in nubibus Nubes dee etiam vetuſtas que cum deabus Eleuſinis eas coluit: vt indicat Ariſtophanes eiuſq̄ interpres aperte docet meminit & Hero dotus. ℂLabens ro.currens aut certe tracta. ℂCano flauo ſed & hoc etiam perite nam vetus & ruſticum carmen: quo pater de agricultura filio precipit Feſtus hoc affert. hyberno pul= Agriculture uere: verno luto grandia farra Camille metes inde Verg.hu= preceptum mida ſolſtitia: atq̄ hyemes optate ſerenas Agricolæ hyber= no lætiſſima puluere farra.in hac enim temperie fructus optime

Camillus. prouenīunt: vt ait Macrobius Camillus (ſiquis & hoc) ingenuus puer: patrimus & matrimus appellatus: id eſt cui parētes ſuperſūt.

Sulcatam fœcundat humum. flaueſcit ariſtis
Orbita ſurgentes ſcindunt veſtigia fruges
Veſtit iter comitata ſeges. Iam linquitur ętna
Totaq; decreſcit refugo trinacria viſu
Heu quoties prę̨ſaga mali: violauit oborto
Rore genas quotiens: oculos ad tecta retorſit:
Talia voce mouens. Salue gratiſſima tellus
Quam nos prętulimus cęlo tibi gaudia noſtri
Sanguinis: & caros vteri commendo labores
Præmia digna manent: nullos patiere ligones.
Et nullo rigidi verſabere vomeris ictu
Sponte tuus florebit ager: ceſſante iuuenco:

¶ Fœcundat maritat: & fructibus reddit grauidam ¶ Humū ſulcatam. Cōmuni epitheto vſus eſt: & impreſſionis rotarum & terræ cultus vt interpretandæ fabulæ manum porrigeret. Nā quāq̄ quoquomodo ī rectū proſciſſa tell⁹: proprie tñ ab aratro ſulcata dicitur. ¶ Flaueſcit ariſtis matura fruge veſtitur. ¶ Orbita. rotæ veſtigiū. Quin & ipſā quoq; rotā ſignificat autor Aſconius ¶ Veſtigia platę. virg. veſtigia nuda ſiniſtri īſtituere pedis. ¶ Surgētes creſcētes idē & ſpes ſurgētis iuli ¶ Fruges id oīū cōmune nomē ē quæ terra gignit quæq; in alimoniā verti poſſunt vt iuris ciuilis autor Iulianus interpretatur eorum damnata ſententia qui cūcta quibus homo veſcitur: ita vocari putabant. Nam carnes aut aues aut feras: aut deniq; poma: fruges haud recte dici. Sed in pomis Iuliano eruditiſſimorum autoritas non accedit: nam Pli. indicem dedit de arborib⁹ frugiferis. Idēq; verbū longe prior Liuius vſurparat nō arbore frugifera nō ſatis ī ſpē relictis. ¶ Veſtit iter comitata ſeges q̄cūq; dea curr⁹ egit ſubito ſuboriēs ſeges occupat

Orbita. Fruges. Seges

Eſt autẽ ſeges eorum ſeminum ex quibus conficitur:panis nõdũ demeſſa. ¶ Totaq; decreſcit refugo trinacria viſu.percutit rẽ naturalem nam quo longius e conſpectu Siciliæ Ceres abſcedebat eo ſub inde minor inſula videbatur. ¶ Heu quoties. Acclamatio qua ſuboſcure poeta ſignificat:inſitã mẽtibus futuroꝝ preſẽtionẽ & ingruentes calamitates:manifeſtis interdum ſignis oſtẽdi. ſed a nobis per negligentiam non obſeruari. ¶ Prẹſaga. ſagire(quod in diuinatione ſcribit Cicero)eſt acute ſentire inde Sagæ anus q̃ multa ſcire volunt.& ſagaces dicti canes.is igitur qui ante ſagit: q̃ oblata res eſt:dicitur prẹſagire.i.futura ante ſẽtire. ab hoc ergo prẹſaga.Neſcio riſum ne magis:an ſtomachum mihi mouerint: qui Ciceronis opera Mediolani nuper impreſſa publicauerunt. ij quomodo ſageanus integram eſſe dictionem putarent:& eã neq; numero neq; genere cum ſequenti verbo cõuenire viderent. Sageanij ſubſtituerunt.homines Corœbo ſtultiores:q ne ſagas qdẽ quas domi cottidie ſecum habent:intelligere potuerunt. ¶ Mali. cladis quã paulopoſt erat acceptura. ¶ Violauit.h.d.quoniã diis (vt eſt apud Oui.)nefas eſt flere.alij ſyllabæ ratione nihil offẽſi rigare ſcribunt:inerudite.Oborto rore vltro prorumpentibus lachrymis. ¶ Retorſit oculos flexit. ¶ Ad tecta.ad ſedes:vbi filiã relinquebat.quod portendebat ea non multo poſt orbatũ iri. nã quæ deſideraturi proxime ſumus.eorum conſpectu vix animũ oculoſq; explere poſſumus eademq; a nobis inuiti dimittimus. ¶ Talia voce mouens hac oratione cõpellãs. ¶ Salue.& hoc triſte omen eſt.nam mortuos ita vetuſto more ſalutabant Salue & vale.non q̃ ij valere:aut ſalui eſſe iam poſſent:ſed q̃ ab eis ſemel recedebãt:quos amplius viſuri nõ erant.autor in libris quos logiſtoricos inſcripſit Varro reperit & Seru.apud Maronẽ. ¶ Gratiſſima tellus. Siciliam totam eſſe cereri ac libero conſecratã:vetuſtas adeo credidit:vt refert Cicero:vt & natas eſſe has in iis locis deas:& fruges in ea terra primum repertas arbitrarentur:id quod Ariſtoteles:inter naturẹ miracula nõ prẹtermiſit. Eandem Plutarchus raptẹ proſerpinæ datam ſcribit in dotem Contendit &:de finibus eius inſulẹ cum Vulcano Ceres:vt recitauimus ex Simonide: Aetnẹq; diſceptatione penes eam victoria ſtetiſſe fingitur:quoniam totus Siciliẹ tractus:q̃uis incendia multis in locis proferat: frugum tamen copia longe prẹſtat. ¶ Pretulimus cælo, nam relicta cæleſti ſede proſerpinam illuc aſportarat.ſupra

Sagire.
Saga anus
Sagaces canes.

Ciceronis in diuinatione verba deprauata.

Salue
Vale

Sicilia cereri libere conſecrata.
Cereris & Vulcani de ſicilia contẽtio.

Clau. Aethera deſeruit ſiculaſq; relegat in oras. ¶Gaudia noſtri
ſanguinis filiam ex qua vna voluptatem capio. ¶Sãguinis. hoc
dicit. quoniam medici putant humanum ſemen puriſſimum eſſe
ſanguinem & maxime tenuem. Iuuenalis in eum qui ſectabatur
anus: & ad opes a coitu peruenerat: Accipiat ſane mercedem ſan
guinis: & ſic palleat vt nudis preſſit qui calcibus anguem. Sequi-
tur Epicuri ſententiam Claudianus & Anaxagoræ: qui procreari
Uterus. liberos ex vtriuſq; parentis ſemine prodiderunt: idem ſenſit Par-
menides: & Empedocles. ¶Vteri labores. quos in geſtando ni-
xuq; ſuſcepi. & ac atteſtatione cariorem ſibi proſerpinam vult in-
Aluus. dicare ſed vterum in muliere exquiſite dixit. Aluus. n. eſt quo cõ-
Venter. fluunt ſordes Sallu. Simulans ſibi aluũ purgari. Venter autem ꝗ
in promptu extat & ſemper apparet. Iuue: Montani quoq; venter
adeſt abdomine tardus. ¶Cõmendo. tuę fidei credo. ¶Prẹmia
digna manẽt. aſſequeris inquit ex hoc mercedem meritis parem
¶Manent. tibi repoſita ſunt in futurum: quę ſint ea ſtatim decla-
rat. Nullos patiere ligones. nõ feres ictus raſtrorum nam Ferrum
ligo eſt vulgo notũ quo terra foditur. ¶Nullo rigidi. verſ. uom.
ictu hoc ait. quoniam Tellus Aratione lædi fingitur. quod eadẽ
cum Ioue expoſtulat apud Ouidium. adunci vulnera aratri Ra-
Vomer. ſtroꝝq; fero: totoq; exerceo ranno. ¶Ictu. plaga: ¶Vomeris. hu
ius nominis rectus vomer ac vomis enunciatur. ferreus eſt aratri
dens: appellatus ꝙ terram vomat. ¶ Verſabere frequentatiuum
a verto ductum. verti vero terra tum dicitur: quõ ligonibus aut
aratro renouatur. ¶Sponte. vltro abſq; aliquo cultu. Flo-
rebit germinabit & fruges ꝓducet. nã florere dicũtur etiã fruges:
Ceſſare. priuſq̄ ad maturitatem coaluerint: ¶Ceſſante Iuuenco. abſq; bo-
uis vſu. & ita dixit: vt Maro: armato milite cõplent. ceſſant ij qbꝰ
a laboribus ocium eſt vt hic. Sed & quorum officium deſideratur
Gellius. amici iſti inquit. magnam in partem ceſſatores ſunt.

Ditior oblatas mirabitur incola meſſes.
Sic ait & fuluis ſerpentibus attigit idam.
Hic ædes anguſta deæ: templiq; colendi.
Relligioſa ſilex: denſis quam pinus obumbrat

¶Incola.incola dicitur q peregrę nouas ſedes captauit:& in ali‑ quam regionem domicilium ſuum trãſtulit:vt Pompo.iuris ciuil' autor affirmat & Cicero.peregrini & incolæ officiũ eſt:nihil prę ter ſuum negociũ n agere:nec eſſe in aliena republica curioſum. Sed pro colono videtur accipere Claudia.vt Naſo incola captiuo q̃ boue victora rat. ¶Mirabitur.defixus ſtupore ſuſpiciet. ¶Meſ ſes.fruges falci maturas. Verg. Ante focum ſi frigus erit:ſi meſſis in vmbra.Oblatas quaſi diuinitus:& hoc ex hiſtoria Diodori: quã ſupra percurrimus.& alibi referemus. ¶Fuluis ſerpentibus. quia ſupra dixit:ſquammis intermicat aurum: quod frequenter fuluum poetæ vocant. Tibullus diuitias alius fuluo ſibi congerat auro.an Cęruleos intelligi voluit:id autem commune ſerpentib⁹ & mari epitheton eſt.de ſerpente Verg. Et Cærula colla tumentẽ nã Claudianus fuluũ mare appellabit in huius operis calce Ful‑ uis adnatat vmbra fretis.vt fuluus color & Cęruleus idẽ ſit: ex rubro nigroq; concretus. ¶Idam.phrygiæ montem in Troade. qui nomen ſortitus eſt:ab Ida loci regina:vt de rebus græcorum ij.ſcribit Charax:vel vt Verg.ab Ida cretenſi.vnde profectus Teu cer Scamandri & Ideæ Nymphæ filius eam phrygiæ regionem cultoribus vacuam occupauit:& a ſe Teucriam dixit.Eodẽ pau‑ lopoſt Dardanus ex Samothracia delatus Ariſben Teucri filiã vxorem duxit:vt Cephalo Gergythius:aut Batæan:vt Hellanic⁹ & Mnaſęas vocant.vt miror Seruium ſcribere:Teucrum de creta (vt eius verbis vtamur)veniſſe poſt Dardanum.ſunt qui Darda ni ſepulchrum innui ſuſpicentur ab Ouidio.vij.metamorpho. eo carmine Quaq; pater Coryti parua tumulatus harena &c. q' iis (vt quidam prodiderunt)ex oppido Tuſciæ coryto.in phrygiam migrarit.nos autem tumulum paridis intelligimus:qui in Cebri na Troadis vrbe viſebatur:vt ſcribit Scepſius: & Strabo refert. Nam paris ex Oenone ſuſcepit Corytum.quem mater(quom ſe a paride deſtitutam videret) euntibus in Troiam græcis:itineris ducem dedit:quod apud Lycophronem Caſſandra:fore vatici‑ natur: & copioſe narrat interpres: Ex græcis etiam nonnulli: Corytum paridis & Helenæ filium fuiſſe tradunt:Duniti ac Idææ puellæ:& quidem ex vtroq; parente fratrem: Sed & hoc & illo modo:Pater Coryti paris accipiendus eſt:itaq; ſenſus Ouidiani verſ⁹ abſoluitur:q cęteris ante nos:inexplicabilior gordião no‑ do viſ⁹ ẽ.Homer⁹ Idã πολυπιδακα και μητερα θηρων in hymnis

Incola.

Ida mons vnde.

Teucer quis. Teucria. Dardanus. Ariſbe Batea Parid s tu mulus

Coriti pater apud' Oui‑ dium qui. Dunitus. Helene fili⁹ ex paride.

Ida venatrix apud Vergi. cur Idea puella.

appellat. irriguam. ſ. & ferarum parentem inde Verg. ait Ida venatrix: etiam ſi Seruius aliter. Idæa vero Dardani Scytarum regis filia fuit. quam deſtituta Cleopatra Boreæ & Orrithyiæ Phineus ſuperduxit: vt Dionyſius in argonautico canit: in eius etiam gratiam Orithoi & Carambi quos ex Cleopatra ſuſtulerat oculos effodit: vt Tragędiarum poeta Sophocles autor eſt. inde viciſſitudinis in amore ſumpſit exēplū Naſo in remedijs. Ceſſit ab Idæa

Cleopatra Ouid. locus ex remedijs.

coniuge victa prior i. Cleopatra: quę prior in matrimonio Phinei fuit: cui poſt exactæ noua cōiunx: Idæa ſucceſſit. vt dictum eſt. ¶ Hic. in Ida. vnde & mater Idæa dicta Cybelle: Lucretio Liuio Tibullo cęteris. ¶ Aedes. Templum. quidam codices habent ſedes lubrica menda. quę apud Tibullum quoq; inualuit. Sic veteres ſedes incoluiſtis aut. quom æ les ſcribendum ſit. quāuis vtrobiq; ſedes etiam legi poſſit: niſi carminis ſibilus aures offenderet.

Idea mater

¶ Angulta parua. pro illis tunc moribus: qui ſinceritate quadam animi potiuſq; opum luxu deos litabant. ac vt Tibullus ait. Stabat in exigua ligneus æde deus. an magis auguſta legendū: quippe ſancta patres auguſta vocant: vt in faſtis canit Ouidius i. loca religioſa. & vbi quid augurato conſecratur. ab auium geſtu guſtuue. quod Ennij carmen indicat. Auguſto augurio poſtq; incly- ta condita Roma eſt. autor Sueto. & Pompe. ¶ Religioſa ſilex.

Auguſtum pe...us.

Lapidis ſi- Phylei mira natura.

Effigiem deum matris intelligit. quę cęlitus lapſa peſſinūti non ē oppido dedit. vt Herodianus etiam refert: Quid ſi quis lapidem eum accipiat: qui teres hac Cylindri forma: in phrygię monte ſpylo naſci traditur eundem ſi compertum adoleſcentes ac Idęę matris ædem deferant: erga parentes ex illo pietatem: q; qui maxime colunt: etiā ſi quandoq; pulſauerint. id quod inter naturæ miracula memorat Ariſtoteles placet ſuperior ſententia. Nam Liuius Epitomatis vndetrigeſimo. Idea mater inquit deportata eſt Romam: a peſſimunte oppido phrygiæ: carmine in libris Sibyllinis inuento. Pelli Italia alienigenam hoſtem poſſe: ſi mater Idæa deportata Romam eſſet. Tradita autem eſt. Romanis per Attalum regem Aſię. Lapis erat quē matrē deū incole dicebāt. Inſectatur & hoc noſtrę religionis Poeta Prudentius Nudare plantas ante

Deum matris effigies lapides.

Carpentum ſcio Proceres togatos matris Idææ ſacris. Lapis Nigellus euehendus eſſe do Muliebris oris clauſus argento ſedet. ¶ Silex marmorea Cybeles ſtatua. Nam ſilex lapidis genus eſt ita dict⁹: q; ignem intra ſe ſilentem habeat. vnde Pyrodes Cilicis

Silex

Ignis e ſilice quando primum.

ſilius ignem primus excuſſit autor Pli. ¶Relligioſa veneratio=
nis ac maieſtatis plena. Siquidem. M. T. aliter templa religioſa
dicit. aliter dies religioſos: triſti. ſomine infames impeditoſq;: in
quibus & res diuinas facere: & rem nouam quempiam exordiri
temperandum eſt: quos imperitū vulgus: perperam nefaſtos vo=
cat: vt Gellius ait. Nigidius religioſus inquit appellabatur: qui
nimia religione & ſupſtitioſe ſeſe alligauerat: eaq; res vitio aſſi=
gnabatur: nam hoc inclinamentum ſemper huiuſmodi verborū:
vt vinoſus: mulieroſus: numeroſ⁹: religioſus: ſignificat copiā quā
dā immo dicā: rei ſuper. qua dicitur. Maſurius vero Sabinus. re=
ligioſū inquit eſt: qđ ꝓpter ſanctitatē aliquā remotum: ac ſepo=
ſitū a nobis eſt: verbū a relinquēdo dictū: tanq̄ cerimonię a carē=
do carminū ſcriptores in religioſo numeris obſequuti liquidā ge
minant: vt in reliquis, Verg. Troas relliquias danaū. Et alibi pq;
domos & relligioſa deoꝝ tēpla. ¶Quam. ſilicē. eodē gñe Verg.
enunciauit: alij maſculino Papinius in. iiij. ſyluarū. Quis duri ſi=
licis grauiſq; ferri. ¶Pinus. arbor deū matri dicata. cauſā refert
Oui. ſiquidē Cybeleius Atys exuit hac hominē: truncoq; indurvit
illo: Pinea nux apud Martialē. Poma ſumus Cybeles. ea primū in
agro Mileſio Carie viſa eſt: & inde Pityuſſæ nomē Mileto datū.
nam pitis grece pinus appellatur. e cuius ramis in peruigilio Ce
reris lectiſternia Mileſi inſtituerunt. inq; omnibus eiuſdē deæ ſa=
cris apud eos: verbenarū viū pinus exibebat ad oſtentādā gene=
ris vetuſtatē. quod in Sympoſiaco ſcribit Didymus. Idam pine=
tis cōfertā: indicat ēt Ver q multo carmine celebrat Aeneę naues
ex Idęa pinu cōſtructas: in grā3 Cybeles ab incēdio ſeruatas nerei
dibus acceſſiſſe. Statius pergame pinifera multum felicior Ida.
¶Obūbrat. vndiq; verſū tegit. Ob n. qñq; circū ſignificat. vt quō
dicimus: vrbem obſideri. obſignare: obuallare: autor Feſtus:

Frondibus: & nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Terribiles intus Thyaſi: veſanaq; mixto
Concentu delubra gemunt. vlulatibus ide
Bacchatur: timidas inclinant gargara Syluas.

Religioſi dies
Nefaſti dies.
Nomina in oſus.
Religioſū qđ ⁊ vnde
Cerimonie cur
Pinus Cybele cur dicata
Pinus vbi primu3.
Miletus
Pityuſſa
Ide ſpicta
Ob. ꝓpoſ.

¶Lucos.a græcis αλσοσ apud nos lucus.a ſenſu contrario dict⁹
qđ non luceat:vt Seruio placet:aut certe ab ignibus & luce ſacri-
ficiorꝝ que illic fiebant nã nullũ erat templũ ſine luco:vt meminit
etiam Strabo. ¶Nulla procella.nullo ſpiritu.vult.n.poeta Cybe-
les lucũ nulla externaui:ſed per ſe leni quodã motu impelli diui-
nit⁹ aut id certe dicit in gratiã numinis procellas & tẽpeſtatis iniu
Muſice rõi arboribus Lucus
riam non ſentire ¶Str.con.mod.ca.ramis.Muſicæ rationis ẽ hoc
Nã vt quæq; procerior arbor eſt:& in altũ tendit eo magis acutũ
redit ſonũ quæcũq; vero q̃ minimũ ab radice abſunt:graui⁹ & rau
co murmure quatiuntur.autor Capella.meminit & Auſonius Eſt
& harũdineis modulatio muſica ripis. Atq; arguta ſuis loquitur
coma pinea ventis incubuit folijs quoties leuis eurus acutis.Mo-
dulantur.in numerũ concinũt. ¶Carmina ſtridula acuta propter
altitudinẽ. ¶Coniferis.nuces ferentibus quas.κονοσ græci vocãt
Deũ matris Sacra
¶Terribiles intus thyaſi.Sacra deũ matris ex Samothracia Dar-
danus in phrygiã trãſtulit per ipſũ deucalionis diluuiũ:quippe tũ
Dardanus in phrygiã enatauit
Dardanus obruta ab aquis inſula :ſpiritu diſtentũ vtrẽ pectori
admouit:atq; ita in proximũ littus enatauit id quod in Caſſan-
dra ſub obſcure Lycophron innuit.Iniciabantur in Samothracia
Cabiris vt ait Mnoſeas.ij.quatuor erant numero. Axieros ideſt
Ceres Axiocerſa:quæ perſephone.Et Caſmilos quẽ Dionyſiodo-
rus interpretatur Mercurium.Athenion ait Iaſonẽ & Dardanũ
Samothracum myſteria.
fratres:cabiros appellatos a cabiris phrygiæ montibus:vbi diuer
ſati diu ſunt Alij tñ duos extitiſſe cabiros exiſtimant ex ijs gran
dẽ natu Iouẽ:minorẽ vero Dionyſiũ. ¶Tyaſi.Baccantiũ choreæ
παραινω qđ eſt impetũ facio inde ẽt Thyadas appellatas quibuſdã
placet.Pauſanias tamẽ ait Tyadũ nomẽ Bacchi miniſtris hæſiſſe
Caſmilos q̃
a Thya puella quæ prima liberi ſacris initiata ſit ¶Intus ſubtecto
¶Terribiles horrore quodã ſanctitatis:q tacite ſpectantiũ ſubit
animos.Lucretius.Horrifice fertur diuinæ matris imago.aut hoc
Cabiri
ait propter gallos q cultris ſua brachia cedebant. ¶Delubra tem-
Ve particula.
pla ¶Veſana.Lymphatorꝝ clamore fræmentia ve particula:tum
intentionem ſignificat:tum minutionẽ:vt vetus vehemẽs:vegrã
de:veiouis:& veſanus:q conſtituta mente non eſt.inde vepenis
apud Martialẽ paruæ mentula.Drauci nata ſui vocat vepenẽ:col-
Vepenis apud Martialem.
latus cui gallus eſt priapus.Nã iocatur in Natã poeta q ſubacto-
